

PONTIFICIAE ACADEMIAE SCIENTIARVM

EDITA OMNIA

PETRO SALVIUCCI
ACADEMIAE CANCELLARIO
CVRANTE

★

MCMXXXVI-MCMLXXIII



EX AEDIBVS ACADEMICIS IN CIVITATE VATICANA

MCMLXXIII

CAROLO CHAGAS
DOCTISSIMO VIRO
PONTIFICIAE ACADEMIAE SCIENTIARVM
NUPER A PAVLO SEXTO
QVARTO RENVNCIATO PRAESIDI
PETRVS SALVIVCCIUS
EIVSDEM ACADEMIAE CANCELLARIVS
HOC FELICI FAVSTOQVE EVENTV
SVMMOPERE LAETATVS
MVNVS SIBI DELATVM
POST TRES ET QVINQVAGINTA ANNOS
AETATIS CAUSA MOX DEPOSITVRVS
SVVM HOC EXTREMVM OPVS
AMICO CLARISSIMO
PERAMANTER
DEDICAT

PRAEFATIO

Lyncaeorum Academia, *consilio atque auctoritate* FRIDERICI CESI Romae anno MDCIII sub nomine quod fuit Lyncaeorum philosophorum Ordo, seu Consessus, seu Academia condita, celeberrime floruit quoad suus vixit conditor. Post cuius interitum anno MDCXXXX, alternas vidit vices et fortunas multos per annos donec anno MDCCCXLVII Privs ix eam sub nomine quod fuit Pontificia Accademia dei Nuovi Lincei ad pristinum munus restituit eoque provexit ut cum summum de scientiis ordinem in Ecclesiasticis Statibus esse iuberet tum primum ac signaculum constitueret futurorum « Consiliorum ad Scientiarum Investigationes provebendas » quae nunc pluribus in Nationibus extant.

Eandem anno MCMXXXVI Privs xi denuo sub nomine quod fuit Pontificia Academia Scientiarum funditus renovavit ut cum novis temporum condicionibus Romanaeque Ecclesiae necessitatibus tum hominum ingeniis adaptaret.

Pergratissimum igitur mihi et non parvi momenti esse considero si annuum tempus, quod apud veterem Academiam Novorum Lyncaeorum iam tunc initium ab anno MCMXXI habuit, prope iam nunc aetatis causa emeritum habeam cum

Cancellarius munus confecerim meum, qui per tres et quinquaginta annos artem meam consumpserim et ingenium quamvis perexiguum toto tamen animo contriverim pro illa gloriosissima academica institutione: ut ipsimet hoc Volumen, extremum laborem meum eundenque carissimum, quasi corona praeteritarum curarum senile caput non indigne condecoret simulque reportorium quoddam extet ad omnia attinens quae apud praesentem Pontificiam Academiam Scientiarum edita sint ab anno MCMXXXVI usque ad annum MCMLXXIII expletum. Quae singillatim sunt:

- Acta (volumina XVI, 1936-1960).
- Commentationes (volumina XVII, 1936-1960).
- Relationes de auctis scientiis tempore belli 1939-1945 (fasciculi XXIII, 1945-1948).
- Scripta Varia (volumina XXXIX, 1942-1973. Series adhuc vigens).
- Commentarii (volumen I, fasciculi XLIX, 1961-1966; volumen II, fasciculi LX, 1967-1972. Series adhuc vigens).
- Edita extra seriem (editiones saltem evulgatae annis 1936-1973 et adhuc vigentes).

Quo in Volumine quod PONTIFICIAE ACADEMIAE SCIENTIARUM EDITA OMNIA, MCMXXXVI-MCMLXXIII inscribitur, indicantur, ut supra diximus, quae edita sunt a Pontificia Academia Scientiarum ab ineunte eius novissimae restorationis anno usque ad annum MCMLXXIII expletum: auctorum, curatorum, virorum qui commemorati sunt atque quarundam imaginum nominibus alphabetice atque chronologice dispositis.

In APPENDICE praeterea, ne illius utilissimi operis memoria pereat quod quasi vinculum extat inter veterem Academiam et praesentem, Notae omnes inveniri possunt SCIENTIARUM NUNCII RADIOPHONICI qui e Radio-Vaticano annis MCMXXXI-MCMXXXVI viva voce PETRI SALVIUCCI, iam tunc veteris Academiae Novorum Lyncaeorum Cancellarii, singulis mensibus prolatus est.

* * *

Litterae a PIO XI Summo Pontifice « motu proprio » die XXVIII octobris A.D. MCMXXXVI datae quae inscribuntur « In multiis solaciis » incipiunt enarrando veteris Academiae Lyncaeorum a FRIDERICO CESI anno MDCIII creatae et recentioris Pontificiae Academiae Novorum Lyncaeorum a PIO IX anno MDCCCXLVII instauratae brevem historiam; tum declaratur illam nunc postremo restitutam Pontificiam Academiam Scientiarum fere iterum dici posse fundatam esse eo consilio, ut omnibus puris, quas dicunt, scientiis meritos honores tribueret earumque libertati praesidio esset, investigationes autem iuvaret ac promoveret, quibus tamquam fundamento progressibus suis necessario scientiae, quae applicatae dicuntur, carere non possunt.

In praesentia haec quidem Academia in genere suo parem sibi non habet, quippe quae una toto orbe terrarum nullis singularum Nationum terminis circumscribatur atque unica tantum classe constituta sit.

Academia Summo Pontifice directe est subiecta; constat autem ex LXX « Academicis Pontificiis » nullo gentis vel re-

ligionis discrimine ab ipso Pontifice creatis, qui eos ex maxime insignibus in qualibet orbis parte doctis viris sibi a Coetu Academico commendatis deligit, quicumque doctrinarum studia in mathematicis rebus vel in scientiis, quae experimentis constant, speciatim altius coluerint.

Unus quisque autem Academicus «Excellentiae» titulo fruitur.

Pontificia Academia Scientiarum locum habet in villula a Pio IV Medices anno salutis MDLXI intra nemora Palatii Apostolici Vaticani eleganter exstructa, quam PIVS Papa XI Academiae instaurator novusque conditor eidem Academiae effuso animi studio Sedem propriam benignissime donavit.

PETRVS SALVIUCCI
ACADEMIAE CANCELLARIVS

ADRIAN Lord of Cambridge E.D., *Consciousness*.

Scripta Varia, n. 30, pag. 349-362 (1965).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Cerveau et expérience consciente" ».

AGOSTINELLI L., *Sul problema delle aurore polari (Moto di un corpuscolo elettrizzato in presenza di una sfera magnetica). Soluzioni stazionarie*.

Commentationes, vol. VII, n. 14, pag. 399-414 (1943).

SVMMARIVM. — Considerat Auctor motum corpusculi electrica vi imbuti iuxta sphaeram quae sit magnetefacta symmetrice ad diametralem axem habentem dipolum superficialem iuxta ipsum axem; fingit potentiale campi extra sphaeram in seriem functionum sphacricarum evolvi; cuius evolutionis certo terminorum numero perpenso, ostendit inesse motus statarios, seu motus circulares uniformes corpuscoli electrefacti circa axem polarem, non solum in plano aequatoriali, sed etiam in planis ad ipsum symmetricis.

Haec demonstratio magni ponderis est ad studium aurorae borealis, cum primum probet quomodo nitentes annuli circa polos oriantur, sicut perspexit Bierkeland celeberrimis experimentis, quibus fascem radiorum catodicorum in globum magnetefactum (quo Terra figurabatur) immittebat.

ALBAREDA HERRERA J.M., *Introduction sur le problème des oligoéléments*.

Scripta Varia, n. 14 (1956).

SVMMARIVM. — Hoc est proemium voluminis quo collecta habentur relationes et disceptationes quae anno 1955 actae sunt in « Semaine d'Etude sur le "Problème des oligoéléments dans la via végétale et animale" ».

ALBAREDA HERRERA J.M., *Algunos casos de deficiencias de oligoelementos en relacion con los factores de formacion del suelo*.
Scripta Varia, n. 14, pag. 193-214 (1956).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des oligoéléments dans la vie végétale et animale" ».

ALBAREDA HERRERA J.M., *Progrès dans la micromorphologie des sols*.

Commentarii, vol. II, n. 8, pag. 1-68 (1966).

SVMMARIVM. — Soli microscopia, non multis abhinc annis, successum habuit: saeculo enim XIX scientia de compositione chimica agrorum magnum incrementum obtinuit, cum contra nuper modo soli micromorphologia invaluit. Hodiernus hius scientiae progressus talis est ut et ad alia quae ad solum pertinent multum adferre videatur: id est quaestiones de mineralibus, de rebus organicis, biologicis, zoologicis et physicis ex quibus solum constat. Nonnullas harum utilitatem Auctor hac Nota patefacere intendit.

Notae huius adest etiam translatio anglica. Postremo duae sequuntur breves commemorationes Auctoris, qui mortem appetiit die 27 martii 1966, a M. LORA TAMAYO et L. VILAS conscriptae, necnon eius biographia et bibliographia.

ALBAREDA HERRERA J.M., *Nota biográfica*.

Commentarii, vol. II, n. 8, pag. 42-51 (1966).

SVMMARIVM. — Brevis hispanice summam editur biographia Reverendissimi J.M. ALBAREDA HERRERA.

ALBAREDA HERRERA J.M., *Bibliografía*.

Commentarii, vol. II, n. 8, pag. 53-67 (1966).

SVMMARIVM. — Bibliographia paene integra editur Reverendissimi J.M. ALBAREDA HERRERA iuxta Academiae Cancellarii cognitionem.

ALBAREDA HERRERA J.M., *Nota biográfica*.

Scripta Varia, n. 32, pag. 993-995 (1968).

SVMMARIVM. — Eadem est Nota biographica de qua superius diximus.

ALBAREDA HERRERA J. M., *Bibliografía.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 997-1011 (1968).

SVMMARIVM. — Eadem est bibliographia de qua superius diximus.

ALBAREDA HERRERA J. M. — Vide: LORA TAMAYO M., *Un hombre sabio y bueno.*

ALBAREDA HERRERA J. M. — Vide: VILAS L., *Recuerdos sencillos de José Maria Albareda.*

ALBENGA G., *In margine d'una nota del Colonnetti* (cum 3 fig.).

Acta, vol. IV, n. 16, pag. 137-142 (1940).

SVMMARIVM. — Perpenditur tensionis status, quatenus ad spatium attinet, qui efficitur ex coactionibus hominis arte productis.

ALDROVANDI U. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano.*

ALEXANDER M., *Degradation of natural and synthetic organic compounds in soil.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 511-528 (1968).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "matière organique et fertilité du sol" ».

ALLAIS M., *The role of capital in economic development.*

Scripta Varia, n. 28, pag. 697-978 (1965).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Rôle de l'analyse économétrique dans la formulation de plans de développement" ».

AMALDI E., *Experimental data on spectral variations during forrush decreases.*

Scripta Varia, n. 25, pag. 299-322 (1963).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire" ».

AMALFITANO G., CASTELLANA A., PULLÈ F., SCOTTI G., TOBIA A., SERVINO V., PARONI F., CURILOLO M., URSO B., *Osservazioni e ricerche su individui esposti a bombardamenti aerei, aereo-navali e mitragliamenti* (cum 6 tab. et 1 fig.).

Commentationes, vol. IX, n. 14, pag. 561-584 (1946).

SVMMARIVM. — Auctor exponit observata quaedam de hominibus aëreis incursionibus obnoxiiis, in Africa Septentrionali et in Italia annis 1940-43.

AMBARTSUMIAN V.A., *Introduction* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Les noyaux des galaxies »*).

Scripta Varia, n. 35, pag. 9-20 (1971).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est Voluminis 870 paginarum praefatio, quo, praeter Relationes, collectae sunt omnes atque integrae Disceptiones, quae huius conventus scientificis conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

AMERIO L., *Tensioni e correnti in una catena di trasduttori quadripolari. Applicazione alla linea pupinizzata non dissipativa* (cum 5 fig.).

Commentationes, vol. IV, n. 3, pag. 83-146 (1938).

SVMMARIVM. — Methodo transformationis Laplaciana adhibita, Auctor exhibet generalem rationem determinandi tensiones et currentes in catena transductorum quatriplarium, finitae vel infinitae longitudinis, qui initio quiescant.

Qua ratione deinde utitur ad studium lineae pupinizatae non dissipativae.

AMERIO L., *Sul problema di Dirichlet per l'equazione di Laplace in alcuni campi piani.*

Commentationes, vol. VII, n. 4, pag. 59-74 (1942).

SYMMARIUM. — Solutio problematis Dirichlet pro aequatione Laplace due habenti variabilia in elliptico allisque planis campis, e solutione problematis Cauchy eruit Auctor, extendens processum a Fantappié repertum.

AMERIO L., *Sull'integrazione delle equazioni lineari a derivate parziali del secolo ordine di tipo ellittico.*

Acta, vol. IX, n. 21, pag. 213-228 (1945).

SYMMARIUM. — Auctor tradit rationem qua integrari possint aequationes lineares secundi ordinis, elliptici generis, directe adhibita Greeniana formula, secundum principia a PICONE invecta.

AMERIO L., CINQUINI S., GHIZZETTI A., *Analisi matematica in Italia nel campo reale. (Dal 1939 al 1945).*

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945, n. 22, pag. 1-86 (1945).

SYMMARIUM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli 1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summari modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

AMPRINO R. e GODINO G., *La struttura delle ossa nei vertebrati - Ricerche comparative negli anfibi e negli amnioti (cum 47 tab.).*

Commentationes, vol. XI, n. 9, pag. 329-464 (1946).

SYMMARIUM. — Haec Commentatio, quae est de ossium structura in vertebratis animalibus, exponit quid Auctores repererint de hac re in artubus 350 vertebratorum variae speciei, praesertim quod attinet ad mutationes quae ab aetate pendent, ab animalis mole, ab incrementi celeritate in unaquaque specie.

ANCONA L., *Fenomenologia e interpretazione di after-effects nella cinestesia* (cum 15 fig. et 4 graph.).

Commentationes, vol. XV, n. 2, pag. 29-72 (1952).

SVMMARIVM. — Auctor censet vulgatam interpretationem factorum, quae « after-effects cinestesia » vocantur, procul abesse ut omnino perfecta sit, eique esse aliam sufficiendam interpretationem, quae classicis neurophysiologiae notionibus innitatur.

Ex nonnullis experimentis peractis Auctor opinatur « after-effects cinestesia » oriri ex stimulatione aequilibrii posturalis corporei et consequenti reactioni tonicae reflexae.

ANCONA L. e COHN T., *La relazione della scala F (predisposizione al fascismo) di personalità con il « Response set » di acquiescenza e il livello di intelligenza* (Nota preventiva).

Acta, vol. XVI, n. 2, pag. 17-24 (1954).

SVMMARIVM. — Investigat Auctor relationem inter *scalam F* (quae in America potissimum adhibetur ad investigandam inclinationem animi in fascismum) et *response set* (quod pertinet ad acquiescentiam) et *intelligentiae gradum*.

Qua comparatione effici putat Auctor hanc *scalam F* nihil vigere in psychologico argumento de quo in hac Nota agitur.

ANCONA L., *I fondamenti psicologici del colloquio e la sua utilizzazione in psicologia*.

Commentationes, vol. XVII, n. 4, pag. 61-108 (1956).

SVMMARIVM. — Cum alii exsistent colloquium esse utilissimam viam ad psychologiam investigationem, et alii contra sentiant, Auctor, perpendens psychologikum processum, cui colloquium innititur, demonstrat maximam esse eius utilitatem, dummodo iudicium obiectivis formulis, quas ipse proponit, exprimitur.

ANDERSEN P., *Correlation of structural design with function in the archi-cortex*.

Scripta Varia, n. 30, pag. 89-116 (1965).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Cerveau et expérience consciente" ».

ANDERSSON BENGT E., *On fever, hunger and thirst.*

Commentarii, vol. I, n. 20, pag. 1-28 (1962).

SVMMARIVM. — Professor ANDERSSON experimentis investigavit quae humani cerebri loca maxime valeant, ut constans corporis calor servetur et ut satietatis et sitis sensus habeatur.

Idem praeterea expertus est quo modo horum locorum agendi et reagendi vis ex omnibus, quae extra vel intra corpus sunt, mutetur; qualesque essent eorum interactiones.

ANDREASSI G., *Sulla forma e sulle connessioni reciproche delle fibrocellule muscolari lisce* (cum 2 fig.).

Acta, vol. IX, n. 24, pag. 251-258 (1945).

SVMMARIVM. — Auctor invenit quasdam atypicas contextus muscularis laevis formas extare, quae constant cellularibus elementis paene rotundae vel stellaris figurae inter se iunctis per anastomoses veras, idest quibus insunt myofibrillae.

ANDREOTTI A., *Sopra le involuzioni appartenenti ad una varietà di Picard.*

Acta, vol. XIV, n. 10, pag. 107-116 (1951).

SVMMARIVM. — Theoremata ENRIQUES-SEVERI, de possibilitate generandi, per birationales transformationes, involutiones quae insunt in superficiebus hyperellipticis, ad varietates Abelianas extenduntur.

ANFINSSEN C.B., *Factors influencing the formation and maintenance of the secondary and tertiary structure of proteins.*

Scripta Varia, n. 22, pag. 5-24 (1961).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Macromolécules d'intérêt biologique avec référence spéciale aux nucléoprotéides" ».

APPLETON Sir V.A. — Vide: BRÜCK, *Sir Edward Victor Appleton.*

APRILE G., *Sul calcolo degli stati di regime in circuiti sottoposti a f. e. m. periodiche di forma qualunque* (cum 1 fig.).

Acta, vol. IV, n. 15, pag. 131-136 (1940).

SVMMARIVM. — Describitur quaedam ratio qua supputari potest regimen periodicum in circuitibus electro-motrici vi periodica cuiuslibet formae obnoxiiis, dummodo sciatur transiens insertionis phaenomenon, supputationibus ad primam insertionis periodum coarctatis.

Auctor ostendit exemplum de casu simplici typico.

APRILE G., *Sul calcolo del regime periodico nei sistemi elettrici continui sottoposti a f. e. m. periodiche di forma qualunque* (cum 1 fig.).

Acta, vol. IV, n. 23, pag. 193-198 (1940).

SVMMARIVM. — Auctor ostendit quomodo methodus, qua peculiaris « variato libera » addenda « phaenomeno insertionis » perquiritur, extendi possit etiam ad systemata electrica continua, ut periodica regimina computentur.

APRILE G., *Funzioni generatrici generalizzate, e loro applicazione ai metodi grafico-numeriche di valutazione nel calcolo operatorio funzionale* (cum 3 fig.).

Acta, vol. VI, n. 17, pag. 139-146.

SVMMARIVM. — Quaedam significantur rationes quibus notio functionis $f(\Delta)$ ad generalia extendi potest, cum scilicet determinatur ipse operator ex eiusdem applicatione cuilibet ex functionibus $j_n(t) = \Delta^n Fu(t)$ GIORGI, vel ex functionibus $e^{-\lambda t} \cdot 1(t)$.

Facile exhibetur exemplum quo $n = -2$, quo utillime uti possumus in rationibus graphico-numericis ad perpendendas symbolicas expressiones.

APRILE G., *Il teorema di Bézout-Severi ed i sistemi algebrici ∞^d di S_k dell' S_r* .

Acta, vol. VI, n. 20, pag. 171-180 (1942).

SVMMARIVM. — Auctor attentis Severi notionibus eiusque doctrina, determinat minimam basim pro universis algebricis systematis certae dimensionis, quae spatiis linearibus S_k in quodam S_r constant.

APRILE G., *Su alcune formule di valutazione nel calcolo operatorio funzionale* (cum 1 fig.).

Acta, vol. VI, n. 38, pag. 371-374 (1942).

SVMMARIVM. — Auctor disserit de quibusdam formulis quibus valutatio operatorum typi $\frac{f(\Delta)}{f(\Delta+a)}$ vel similium fieri potest, ostenditque earum applicationem ad simplicem quemdam casum.

APRILE G., *Derivazione grafica generalizzata e sue applicazioni nell'elettrodinamica* (cum 2 fig.).

Commentationes, vol. VIII, n. 3, pag. 21-30 (1943).

SVMMARIVM. — Exponit Auctor qua ratione graphice fieri possit generalis derivatio (id est cuius index non integer numerus esse posse supponitur) cuiusdam genericae functionis physicae; cuius rationis usus ad phaenomena transeuntia electri cavi inspicienda exemplo demonstratur.

APRILE G., *Un integrale per la valutazione delle espressioni simboliche del calcolo operatorio funzionale* (cum 1 fig.).

Commentationes, vol. VIII, n. 4, pag. 31-34 (1943).

SVMMARIVM. — Mechanicum describitur integratum, quo supputari describique possunt functiones generantes.

APRILE G., *Integrali di Stieltjes, e valutazione planimetrica di espressioni simboliche nel calcolo operatorio* (cum 2 fig.).

Acta, vol. X, n. 3, pag. 43-46 (1946).

SVMMARIVM. — Adhibito planimetrico integralium Stieltjesianorum calculo, secundum Nyström, Auctor exhibet rationem qua generica expressio symbolica calculi operatorii functionalis per numeros perpendi possit, dummodo nota sit generatrix integralis $H(t)$ operatoris, et operanda $V(t)$.

ARATEN Y., *New fertilizers, their agricultural and economic importance.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 803-824 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

ARCANGELI A., *Raccolte faunistiche compiute nel Gargano da A. Ghigi e F.P. Pomini: Isopodi terrestri.*

Acta, vol. XII, n. 10, pag. 93-116 (1947).

SVMMARIVM. — Species Crostaceorum Isopodum terrestrium, quae usque adhuc in Gargano et in insulis Diometeis collectae sunt, ostendunt maximam similitudinem inter Isopodes harum regionum et Isopodes Dalmatiae.

Ex quo confirmatur postpliocenico aevo Garganum et litus Dalmaticum isthmo esse coniuncta.

ARMELLINI G., *Sopra una classe di equazioni differenziali della meccanica celeste di cui l'integrale generale tende a zero (Nota Prima).*

Acta, vol. VI, n. 40, pag. 387-398 (1942).

SVMMARIVM. — Auctor, investigationibus a se ipso peractis circa aequationem differentialem motuum elasticorum (virium revocationis) innixus, proprietates quas invenerat extendit ad generalem casum motus alicuius puncti, quod attrahatur iuxta legem e distantia et tempore pendentem.

Ex quo differentialium aequationum classem conficit, cuius generale integrale ad litem nullum tendit, cum tempus ad infinitum augetur; quae proprietas maximi est momenti quod ad mechanicorum factorum studium.

ARMELLINI G., *Osservazioni meridiane di precisione dei grandi pianeti e confronto dei risultati con i valori teorici, secondo le tavole di Newcomb e di Hill.*

Commentationes, vol. VIII, n. 11, pag. 295-306 (1944).

SVMMARIVM. — Summatim exponit Auctor quid de planetarum situ repertum sit, crebris investigationibus a se ipso suorumque adiutoribus per speculatoria meridiana Hertelianum et Bambergense peractis in astromonicis speculis ad Capitolium et Marium montem.

Collatis itaque sitibus hac ratione determinatis, cum sitibus in Newcombii et Hillii tabulis descriptis, qui perturbationum doctrinis innituntur, differentias O-C computat inter rectas ascensiones, quas speculati sunt, et rectas ascensiones in tabulis expressas; quae differentiae, minimi quidem momenti, idem plerumque signum habent per omnes annos, quibus haec observata sunt; nimirum positivum signum, quod attinet ad Uranum planetam negativum autem, quod ad Martem, Iovem, Saturnum, et Neptunum.

ARMELLINI G., *Nuove ricerche sopra la costituzione del sistema galattico* (cum 1 fig.).

Commentationes, vol. VIII, n. 16, pag. 461-484 (1944).

SVMMARIVM. — Ex astronomicis observationibus apparet, quo longius a sole quoquoersus procedamus, eo magis dissita inter se esse sidera; ex quo conficitur ut sol sit prope centrum cuiusdam magnae familiae seu systematis siderum, quod astronomi *Systema Locale* vocant, quodque, una cum permultis aliis siderum familiis seu systematis, magnum *Systema Galacticum* seu Galaxiam constituunt.

Attamen ex observationibus item apparent quaedam anomaliae (quibus nomen datum est *termini harmonici*, propter earum mathematicam expressionem) in siderum motibus; quas anomalias adhuc viri docti non ita sunt interpretati ut Galaxia tota circa suum centrum (quod remotissimum est a nobis, extra *Systema Locale*) rigide sicut vehiculi rota, rotet, sed ut sidera eo diutius circumactionem suam circa entrum ipsum compleant quo remotiora ab eo sint.

Quae duae conclusiones, ut LINDBLAND ostendit, inter se componi nequeunt: si enim haec altera esset vera, *Systema Locale* dissolvi demum atque destrui deberet.

Hanc difficultatem, qua maxime obstruitur Galaxiae observatio, multi astronomi (MINEUR, FREUNDLICH, PAHLEN, etc.) superare conati sunt.

Hac commentatione Auctor utrasque observationes illas inter se conciliat, demonstrans terminos harmonicos posse ita definiri ut nihil aliud sint nisi quarundam effectus perturbationum, quae gignantur e totius Galactici Systematis attractione in siderum Systematis Localis motum; quod quibusdam computationibus per formulas apte exprimi potest.

ARMELLINI G., *Misure micrometriche di stelle doppie*.

Acta, vol. IX, n. 5, pag. 37-64 (1945).

SVMMARIVM. — Brevibus praemissis notitiis de instrumentis et via adhibita, Auctor exponit quid ostenderint mensurationes micrometricae, quas ipse magno et medio aequatoriali Romanae Speculae astronomicae peregit super centum et viginti stellis duplicibus.

Singulae stellae per plures noctes (plerumque tres quattuorve) observatae sunt; ter autem vel quater in singulis noctibus distantia inter duo sidera computata est, totiensque angulus positionis ita ut in summa ter circiter milies anguli et distantiae observata sint.

ARNON D.I., *Molybdenum in the nutrition of algae with special reference to nitrogen metabolism*.

Scripta Varia, n. 14, pag. 245-276 (1956).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea discipulatum est in «*Hebdomada Studii de holiogoelementis in plantarum et animalium vita problemate*».

ARNON D.I., *Some functional aspects of inorganic micronutrients in plant metabolism.*

Scripta Varia, n. 14, pag. 441-462 (1956).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in «Hebdomada Studii de holigoelementis in plantarum et animalium vita problemate».

ARRIGHI G., *Contributo ad una teoria generale degli operatori.*

Acta, vol. XI, n. 6, pag. 71-78 (1947).

SVMMARIVM. — Generalem doctrinam de operatoribus Auctor delibet, de inversionis problemate speciatim tractans.

ARRIGHI G., *Su un principio fondamentale della statica.*

Acta, vol. XII, n. 5, pag. 17-24 (1948).

SVMMARIVM. — Novam illium legis quae «parallelogramma virium» vocatur, demonstrationem Auctor tradit; qua ratione id obtinetur, ut fieri possit demonstratio quorundam principiorum, quae antea saepe inter postulata recensebantur.

ARRIGONI D. e GUGLIELMETTI L., *Sulla stereospecificità della biosintesi di alcuni triterpeni.*

Commentarii, vol. I, n. 6, pag. 1-4 (1961).

SVMMARIVM. — Cum Auctores per experimenta probare velint quibus fundamentis aliqua enuntiata innitantur, qualis sit exquirunt biosynthesis triterpenorum pentacyclorum in rhizomatibus *Menyanthes trifoliatae*.

ARUFFO G., *Sulle condizioni di validità della formula di Green-Stokes generale.*

Acta, vol. XV, n. 1, pag. 1-14 (1951).

SVMMARIVM. — Auctor demonstrat generalem Green-Stokes formulam tunc tantum valere, cum coefficientia formae integrandae gradus minoris sunt differentiabilia, coefficientia autem formae gradus maioris sunt continua.

Integrale autem theorema Cauchy deduci potest per formulam Green, (iuxta viam a RIEMANN indicatam) etiam in hypothesis a GOURSAT proposita.

ASCENZI A., *Contributo allo studio delle reazioni ipofisarie consecutive ad ipertensione endocranica da causa infiammatoria* (cum 4 tab.).

Commentationes, vol. IX, n. 10, pag. 395-454 (1945).

SVMMARIVM. — Cum Auctor ostenderit, his annis sexaginta, opera omnino deesse quae ad huius opusculi institutum pertineant, memorat studia et observationes anatomo-pathologicas, histologicas, atque endocrinologicas, quae attinent ad reactiones corporis pituitarii per auctam pressionem in calvae cavitate, propter hydrocephali primitivi aut secundarii assecuti tumores late intellectos: id autem ideo facit, ut comparet conclusiones horum studiorum cum suis, et constituat rationem, qua distinguantur mutationes corporis pituitarii praecipue ob auctas pressionem endocranicas ab illis noxiis toxicis atque flogisticis adiunctis.

Deinde, cum brevissime exposuerit observationes totius studii anatomici et histologici sexaginta corporum pituitariorum hominum qui mortui sunt inflammationibus encephali meningiunque, quinquaginta enuntiatis exponit conclusiones novissime collectas, ac disceptat de eis, spectans ad recentiora inventa de corpore pituitario.

ASCIONE R., *Azione di ioni imbibenti e coloranti vitali sullo sviluppo embrionale*.

Acta, vol. IX, n. 2, pag. 17-20 (1945).

SVMMARIVM. — SCN' et I', quemadmodum colorantia vitalia et nitrophenolia, efficiunt ut celerius embryo evolvatur.

Haec due genera substantiarum simili modo operantur ut iam in aliis casibus notis.

ASCOLI F., LIQUORI A.M., BOTRÈ C., *Interaction between DNA and polycyclic aromatic hydrocarbons*.

Scripta Varia, n. 22, pag. 153-172 (1962).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Macromolécules d'intérêt biologique avec référence spéciale aux nucléoprotéides" ».

ASCOLI G., *Sopra i sistemi lineari isotropi e le loro proprietà integrali*.

Commentationes, vol. VII, n. 10, pag. 207-282 (1942).

SVMMARIVM. — Perpendit Auctor linearia functionum systemata, quae in seipsis mutantur ob quamlibet substitutionem orthogonalem

dextrorsam in variabilibus; quibus substitutionibus geometrica ratione apte expressis, multiplices eorum systematum integrales proprietates determinantur (ad hoc consequendum Auctor systemata confert cum hyper-sphaericis functionibus, quas considerat quasi constituent unum ex ipsis systematis).

Haec theoria iis differentialibus aequationibus applicat, quae similes invariantiae proprietates habeant; ex qua notabilia quaedam deducuntur circa aequationes physicas mathematicas.

ASHKAR E., GALLI M.E., ROLDAN A., RIETTI C.T., HOUSSAY B.A., DEL CASTILLO E., URGOITI E., *Role of liver innervation on fat metabolism.*

Commentarii, vol. II, n. 3, pag. 1-8 (1966).

SVMMARIVM. — In sanguine canum, e quorum iccore nervi ablati sunt, lipida et quaedam acida (NEFA) aucta sunt. Chetonimia autem in canibus, quorum pancreas resectum est, gradatim augetur; minus autem, si a iccore nervi ablati sunt.

AUGUSTIN (Saint). — Vide: BUYTENDIJK F.J.J., *L'expérience neuro-physiologique et son explication par S. Augustin et dans la science moderne.*

AURICCHIO G. e BACCARI V., *Le fosfatasi nel metabolismo glicidico* (cum 1 fig.).

Acta, vol. XII, n. 27, pag. 315-330 (1948).

SVMMARIVM. — Auctores ostendunt qua ratione inter se vim habeat operatio glycidica, in operationem prosphaticam, et in phosphatorum incrementum ac deminutionem in animalibus quae diabeta immunia sunt vel quae hoc morbo laborant.

BAADE W., *Galaxies and their stellar populations. A review of the present state of affairs.*

Scripta Varia, n. 16, pag. 3-21 (1958).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Populations Stellaires" ».

BAADE W., *Physical variable stars and stellar populations.*

Scripta Varia, n. 16, pag. 165-167 (1958).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Populations Stellaires" ».

BAADE W., *The populations of the galactic nucleus and the evidence for the presence of an old populations pervading the whole disk of our galaxy.*

Scripta Varia, n. 16, pag. 303-315 (1958).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Populations Stellaires" ».

BAADE F., *Hundred years of increasing crops thanks to the use of commercial fertilizers. A retrospective view at the year 1900 and an outlook on the year 2000.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 1169-1200 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

BAADE F., *Einbundert Jahre steigende Ernten durch die Anwendung von Handelsdünger. Ein Rückblick auf das Jahr 1900 und ein Ausblick auf das Jahr 2000.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 1383 (1973).

MONITVS. — Editio originalis germanica haec editur superioris dissertationis.

BACCARI V. e AURICCHIO G., *Le fosfatasi nel metabolismo glicidico* (cum 1 fig.).

Acta, vol. XII, n. 27, pag. 315-330 (1948).

SVMMARIVM. — Auctores ostendunt qua ratione inter se vim habeat oneratio glycidica, in operationem prosphatasicam, et in phosphatorum incrementum ac deminutionem in animalibus quae diabeta immunia sunt vel quae hoc morbo laborant.

BACCARI V. e QUAGLIARELLO G., *Scissione enzimatica della fosforilcolina*.

Commentationes, vol. VII, n. 15, pag. 415-422 (1943).

SVMMARIVM. — Auctores sodiis arseniato usi (quod phosphatasim paene inhibet, nihil tamen in colinesterasim incidens), probant, contra communioem scriptorum sententiam, phosphocolinam seiunctam esse a phosphatasi non autem a colinesterasi.

BAGGI G. e ROMEI L., *Predisposizione costituzionale nell'anemia perniciosa*.

Scripta Varia, n. 6, pag. 13-20 (1948).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio est in libro, quo eduntur recentiora studia peracta apud « Institutum de haemopathiis » a Pontificia Commissione Adscientiae (PCA) constitutum.

BARBIERI G., *Contributi alla storia della statistica: II. Origini e sviluppi italiani della biometria dal Santorio all'Olivi*.

Acta, vol. II, n. 2, pag. 1-7 (1937).

SVMMARIVM. — Biometrica ratio, quae in Italia a Santorio (1561-1636) coepta est, in Anglia perfecta atque evoluta est ob investigationis studium e Santorii opere exsuscitatum apud Regiam Societatem Londinensem.

Saec. XVIII in totam Europam diffunditur, et in Italiam quoque denuo viget, cum ex operibus anglicis Iosephus Olivi, abbas (1769-1795), animum suscepit adhibendi methodum quantitativam ad quasdam species inferiores perpendendas.

BARBIERI O., *Attuazione di un metodo per rivelare immagini ultraacustiche* (cum 2 fig.).

Acta, vol. VI, n. 25, pag. 225-228 (1942).

SVMMARIVM. — Praevia quaedam significantur de apparatu experimentalis quo, electrico tramite, imago ultraacustica in opticam converti potest.

Duae imagines hac ratione effectae exhibentur.

BARIGOZZI C., *Lo studio degli spodogrammi dei cromosomi* (cum 12 tab.).

Commentationes, vol. I, n. 9, pag. 333-351 (1937).

SVMMARIVM. — Auctor investigationes peractas exponit, circa situm mineralium rerum in chromosomatis (de quibus aliter quoque indagavit) glandularum salivalium *Chironomi Thummi* et *Drosophilae melanogastris*, ac testiculi *Astaci saxatilis*.

BARIGOZZI C. e TONISSI G., *Ricerche preliminari sul fototropismo dei mutanti di Drosophila Melanogaster Meig* (cum 2 fig.).

Commentationes, vol. X, n. 13, pag. 431-462 (1946).

SVMMARIVM. — Describunt auctores instrumentum quo metiri possumus quid lumen in parva animalia efficiat; hoc instrumento auctores perpendunt quomodo, si albo lumini subiciantur, se gerant nonnulli mutantes *Drosophilae melanogastris* Meig, quorum etiam generandi rationem examinant.

BÅTH M., *Review over investigations of microseisms in Scandinavia*.

Scripta Varia, n. 12, pag. 239-278 (1952).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

BÅTH M., *The microseismic time lag problem*.

Scripta Varia, n. 12, pag. 279-292 (1952).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

BATTARRA G. A. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano*.

BAVER L. D., *The effect of organic matter on soil structure*.

Scripta Varia, n. 32, pag. 383-404 (1968).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur la "Matière organique et fertilité du sol" ».

BEER S., *Ricerche sulla morfologia dei disegni nelle ali dei papilionidi* (cum 18 fig. et 2 tab.).

Commentationes, vol. VI, n. 2, pag. 27-182 (1941).

SVMMARIVM. — Commentatio haec in tres partes divisa est.

Prima parte, critice perpensa bibliographia et nomenclatura striarum, Auctor exponit quasnam formae, situs, et coloris notas praeseferant in Papilionidibus tres illae, quas in Lepidopteris doctores iam agnoverunt, lineamentorum species: rithmica, concomitans, transversa.

Secunda parte, methodo comparationis formarum quoad centum circiter species adhibita, mutuae inter transversas fascias relationes pervestigantur; qua pervestigatone novem inveniuntur fasciae praecipuae, quae in quinque systemata distribui possunt: basale, intercalare, discale, submarginale, marginale; unumquodque systema suis dignoscitur propriis notis; peculiari studio autem animadvertit Auctor in relationes inter colores et lineamentorum formas.

Huiusmodi schema, quod integrae familiae applicari posse videtur cum Nymphalidum schematis comparatur, ut similitudines et discrepantiae pateant.

Tertia parte Auctor Papilionides in classes iuxta striarum formas distribuere conatur: scilicet singulae species, prout a schemate, attentis lineamentorum formis, aberrant, in plures disponuntur « variationum series », inter se collegatas, quarum singulis est determinata « directio variationis » a certa forma seu specie, quae tamquam exemplar sumitur.

Postremum commentationis caput, cui accedit summa praecipuarum conclusionum, ostendit quanti lineamentorum observatio auxilii esse possit pro methodis taxonomiae et pro generalibus nonnullis quaestionibus aggrediendis.

In fine adiiciuntur animadversiones in opiniones a R. VERITY recenti scripto expressas.

BEHRENS N.H. and LELOIR L.F., *Dolichol monophosphate glucose an intermediate in glucose transfer in liver*.

Commentarii, vol. II, n. 31, pag. 1-8 (1970).

SVMMARIVM. — Auctores describunt novam biochemicam reactionem, quae in iecore fit propter polyprenol-phosphati-glycosii actionem in lipidos, et glycolipidos.

BELLUSSI G., GEMELLI A., SACERDOTE G., *Analisi elettroacustica della voce cantata* (cum 1 fig. et 19 tab.).

Commentationes, vol. XVI, n. 2, pag. 21-44 (1954).

SVMMARIVM. — Hac prima critica dissertatione Auctores omnia quae in suis investigationibus de voce cantata invenerint produunt, de-

monstrantes quibus methodis modisque possit inquisitio ipsa quam utilissime ad finem perducī atque peculiaria investigationis suae proferentes exempla.

Quibus exemplis patet vocem cantatam quoddam esse factum neque simplex neque simpliciter determinandum, sed potius multiplex, compluribus elementis compositum, necnon diversis causis subiectum adeo ut impossibile.

BELLUSSI G., GEMELLI A., SACERDOTE G., *Nuovi contributi elettroacustici allo studio del canto* (cum 11 tab.).

Commentationes, vol. XVII, n. 1, pag. 1-16 (1956).

SVMMARIVM. — Auctores, ampliātes eas investigationes quas in Commentationibus XVI, n. 2, anno 1954 exposuerant, hic exponunt quid compererint in eadem Massenetiana locutione (« Vi manchi tu, Manon ») examinanda — sive per directam sive per grammophonicam incisionem seu registrationem — a decem canentibus prolata (inter quos sub numero 10 notatur Caruso).

Comparatis inter se intensitatibus, frequentiiis, harmonicis timbrorum compositionibus, vibratibus, Auctores per electroacusticae artis methodos potuerunt uniuscuiusque ex decem illis canentibus notas proprias percipere.

Hac incisione seu registratione, quae maxime exacta est et accurata, potest plane constare quae sint notae quibus vox alicuius canentis parit effectum harmonicum, qui auribus est gratus.

His autem methodis via aperta est et ad singulorum canentium examen seu diagnosim, quam vocant, et ad addiscendi processus; idque fit per participationem ad aestheticos effectus earum causarum quae in unoquoque canente operantur.

BENAGIANO A., COLASANTI A., DE SIMONI G., *Su alcune ricerche biologiche in soggetti residenti in zone fluorotiche*.

Acta, vol. XVI, n. 18, pag. 159-172 (1959).

SVMMARIVM. — Cum investigaverint Auctores quomodo se habeant nonnulli biologici indices in hominibus, qui fluorotica Romanae provinciae loca incolant, statuere potuerunt fluorum, si cum aqua, vel minima proportione, bibatur per indeterminatum tempus, non innocuum corpori humano esse, sed valde perturbare quosdam metabolicos campos.

BENEDETTO XIV. — Vide: MERCATI A., *Il fisico tedesco Mattia Bose e Benedetto XIV*.

BENINI A., *Alcune osservazioni su un particolare tipo di oscillazione armonica permanente.*

Acta, vol. VIII, n. 17, pag. 141-148 (1944).

SVMMARIVM. — Auctor, perpendens motum harmonicum, qui extinctioni sit obnoxius, quique stabiliter foveatur actione excitanti sinusoidalibus, cuius amplitudo mutet pro frequentiae quadrato, novas invenit expressiones quibus parametri motus ex nonnullarum magnitudinum mensura deduci possint.

BENVENUTI G. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano.*

BERENBLUM I., *The biological mechanism of carcinogenesis.*

Scripta Varia, n. 7, pag. 1-22 (1949).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème biologique du cancer" ».

BERNARD P., *Microséismes et prévision de la boule.*

Scripta Varia, n. 12, pag. 131-150 (1952).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Microséismes" ».

BERNI A., CORDONE M., MARCON G., *Studio biofisico della linea arteriosa negli apparati di circolazione extra corporea o assistita.*

Scripta Varia, n. 33, pag. 1-82 (1970).

SVMMARIVM. — Cum in quolibet extracorporeae circulationis apparatu locus periculis plenissimus sit arteriosae cannulae strictura, Auctores, electronicae machinae auxilio, fluxum, pressionem, velocitatem, quae in arteriosis cannulis — secundum varios, qui sunt in usu, modulos — comperiuntur, investigarunt, multa sane inveniunt, quae extracorporeae circulationis operatoribus, ad recte operandum, utilissima esse poterunt.

BERNSTEIN R.B., *Molecular beam scattering as a route to the inter-molecular potential.*

Scripta Varia, n. 31, pag. 25-64 (1967).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur les "Forces moléculaires" ».

BERTOLANI M., *La datolite della formazione ofiolitica appenninica (cum 22 fig.).*

Commentationes, vol. XII, n. 7, 305-368 (1948).

SVMMARIVM. — Hic primum datolithes, quae cum ophiolithe Apenninica reperitur, omni ex parte consideratur, cum de ea petra ad hunc diem viri docti tantum singula vel passim quaesiverint.

Inquisitiones Auctorum spectant ad septem loca iam nota, necnon ad aliud (*Sasso Tignoso*) quod nunc primum describitur.

Praecipue ac diligenter natura formaque cristallorum investigantur, cum huius generis crystalla singulari studio digna videantur.

Ostenditur denique quae in ea re ad physicam chymicam, spectro-chymicam et originem statumque pertinent.

BERTRAND M.G., *Origine de la notion d'oligoelements de la matiere vivante.*

Scripta Varia, n. 14, pag. 3-38 (1956).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des oligo-éléments dans la vie végétale et animale" ».

BEST C.H., *The history, the discovery and the present position of insulin.*

Commentarii, vol. II, n. 57, pag. 1-48 (1973).

SVMMARIVM. — Diabetis historia exponitur et eventus narrantur, qui effecerunt ut Auctor insulinam reppererit; minuta quaedam commemorantur circa operam, quae anno 1921 Toronti facta est; breviter autem perpenditur quae sit nunc insulinac sors, quaeque in futurum sperare liceat.

- BIANCHI C., DI CAPORACCO L., MASSERA M.G., VALLE A., *Raccolte faunistiche della grotta della Spipola (Bologna)* (cum 20 fig.).
Commentationes, vol. XIII, n. 7, pag. 493-528 (1950).

SUMMARIVM. — Animalium in spelunca Spipolae apud Bononiam viventium enumerantur species LXIX; species novae IV describuntur nec non genus novum; de affinitatibus nonnullarum specierum iam cognitarum disseritur.

- BIANCO I. e SILVESTRONI E., *La resistenza osmotica delle emazie nei soggetti normali e prime osservazioni di resistenza globulari aumentate in soggetti sani* (cum 4 fig.).
Commentationes, vol. VIII, n. 23, pag. 633-684 (1944).

SUMMARIVM. — Inspectis resistentiis globularibus in 400 hominibus nihil abnorme habentibus, Auctores invenerunt quinquagesimam eorum partem auctas resistentias habere.

In iisdem hominibus graviorem haematologicam anomaliam invenerunt, quae constat hyperglobulia, hypochromoemia, vera microcitosi, et globularium resistentiarum incremento; haec autem anomalia secundum mendelianam dominationis legem transmittitur, eaque necessarium est fundamentum, super quod oriri potest, ignotas adhuc ob causas, icterum haemoliticum cum auctis resistentiis globularibus.

- BIERMANN L., *On the interplanetary plasma*.
Scripta Varia, n. 25, pag. 477-500 (1963).

SUMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire" ».

- BITTNER J.J., *The etiology of mammary cancer in mice*.
Scripta Varia, n. 7, pag. 269-282 (1949).

SUMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème biologique du cancer" ».

- BJERKNES W.F.K., *Guglielmo Marconi*.
Acta, vol. XIII, n. 8, pag. 87-92 (1949).

SUMMARIVM. — Agitur de Commemoratione quam Auctor in sollemni Academiae Sessione coram Augusto Pontifice Pio PP. XI die

30 ianuarii anno 1938 perlegit, opportune praeterea memorans doctissimi viri Heinrich Hertz praeclarum opus a quo marconiana inventio originem habuit.

BLAAUW A., *Stellar associations*.

Scripta Varia, n. 16, pag. 105-120 (1958).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Populations Stellaires" ».

BLAAUW A., *Kinematic properties of the strong and weak-line stars*.

Scripta Varia, n. 16, pag. 333-343 (1958).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Populations Stellaires" ».

BLANCHET R., MAERTENS C., BOSC M., LANGLET A., MARTY J.R., *Fertilizer use and ecological factors*.

Scripta Varia, n. 38, pag. 363-388 (1973).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

BLANCHI A., *Un'osservazione sul calcolo delle catene infinite di trasduttori elettrici*.

Acta, vol. VI, n. 4, pag. 17-24 (1941).

SYMMARIVM. — In formulis analyticis quae ad infinitas electricorum transductorum catenas attinent, et ad apparatus electricis undis emittendis, signa ambigua orientur (scil.: +, -); quae res olim nimis negligi solebat, necdum plane explanari potuit.

Auctor solutionem tradit cuiusdam casus peculiari difficultate obnoxii.

BLUM G. und URSPRUNG A., *Die osmotischen Zustandsgrößen des Sempervivum-Blattes.*

Commentationes, vol. VI, n. 17, pag. 687-734 (1942).

SVMMARIVM. — Quenam adspirationis vires in rosularum Sempervi foliis maximae esse possint, inter doctos non constat.

Cum enim URSPRUNG et BLUM, propriam secuti rationem, invenerint vires adspirationis cellulae (Szn) usque ad 40 atm., alii docti de eadem re investigantes nonnisi multo minores invenire potuerunt, ita ut suspicati sint in illorum deductione aliquid erroris subrepsisse.

Huius Commentationis Autores, aliorum investigationibus rite perpensis ac diiudicatis, novis experimentis huiusmodi quaestionem plenius declarare conantur.

BLUM G. und URSPRUNG A., *Die osmotischen Zustandsgrößen der Nadeln von Pinus silvestris* (cum 1 fig.).

Commentationes, vol. XI, n. 10, pag. 465-634 (1947).

SVMMARIVM. — Commemorat initio A., quantitatis osmoticae mensuris iam pridem inventam esse in senioribus Pinus silvestris foliis notabilem sane — eamque fere tripli — discrepantiam inter suctionem folii (ca. 70 Atm.) et suctionem propriam suci (ca. 25 Atm.), cum haec maior esse quam illa secundum «aequationem suctionis» putaretur; contra in iunioribus foliis nullam eiusmodi discrepantiam accuratissimis investigationibus, quae postea peractae sunt, esse patefactam.

At monet A. utramque suctionem in his quidem foliis ad eadem texta pertinet, in alteris autem non ad eadem omnia.

Discrepantia enim propterea invenitur, quod «methodus vectis», — quae osmotico processu constat viventesque tantum cellulas complectitur — in senioribus foliis ad solum assimilationis parenchyma pertinet, succus autem ad mortuum quoque transfusionis textum aliaque texta! Eam igitur discrepantiam suctionum quantitativis innixam, quas inter se minime illeat secundum «aequationem suctionis» comparare, negat A. ullius esse momenti, itemque pressiones magnas negativas in parietes quae calculis inveniantur.

Multum autem ad physiologica studia confert, quodcumque «methodo vectis» colligitur, cum haec methodus suctionem parenchymatis assimilationis respiciat, quam constat esse maxima ex parte osmotica.

Illud quidem contigit, ut tensiones cohaesionis deprehenderentur: sed actio earum, quantum innouit, non videtur magni ducenda.

BLUM G. und URSPRUNG A., *Zum Nachweis einer nicht osmotischen Saugkraft in lebenden Pflanzenzellen.*

Commentationes, vol. XII, n. 2, pag. 69-100 (1948).

SVMMARIVM. — Lyon duabus viis computavit quamnam absorbendi

vim habeat tuberosi solani tuber, ratione quae « fasciarum » dicitur, et aequatione quae ab absorbendi vi nomen habet.

Cum autem ex binis viis saepe diversa esset aestimatio, ita ut harum rerum investigatores suspicarentur adesse vim quamdam haud osmoti-
cam, huius dissertationis Auctores invenerunt graves factos esse in
computatione errores, ideoque suspicionem illam nullo niti fundamento.

BOAGA G., *Sopra l'ipotesi di Bullen sulla variazione discontinua della densità nell'interno della terra e sulla conseguente variazione della gravità.*

Acta, vol. V, n. 2, pag. 1-6 (1941).

SVMMARIVM. — Doctor BULLEN, terraemotuum effectus cum per-
pendisset, animadvertit terrarum orbem quattuor habere interruptionis
superficies, quod ad interioris concretionis variationem.

A., his studiis, a BULLEN peractis, breviter expositis, quattuor analy-
ticas functiones, a seipso determinatas — iuxta elementa a BULLEN
inventis — refert, quibus interiores concretionis significari possint; haec
autem sua studia applicans, de gravitatis variatione intra terrarum orbem
agit.

Praeterea adnotat quam differant concretiones et gravitates interio-
res, si ex hypothesi continua de concretionis variatione ad non-continuum
quis grediatur; quod maximi est moment ad geo physica problemata quae
huiusmodi hypothesi innituntur.

BOAGA G., *Lavori geodetici italiani dal 1° gennaio 1939 al 31 dicembre 1945.*

Relationes de Auctis Scientiis temporis belli, n. 1939-1945, n. 7,
pag. 1-30 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli
1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum condi-
tionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disci-
plinae progressus item in summi modum describit. Sequitur omnium
scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius
patens argumentis quam praecedens summarium.

BOAGA G., *La gravità alla superficie di un pianeta sferoidico non di rotazione.*

Acta, vol. XVI, n. 13, pag. 123-128 (1957).

SVMMARIVM. — Investigationes a Pizzetti peractas continuans,

Auctor formulas invenit, quibus computari potest gravitas in planetae alicuius superficie, dummodo planetae forma sit elipsois, quae non sit e rotatione confecta.

His formulis potest ex gravitatibus valoribus, qui in duobus orbis terrarum hemisphaeris observantur, valor gravitatis in terrae aequatore computari; ex quo poterit confirmari vel reici vulgata coniectura de elliptica aequatoris forma.

BOHR A., *On the structure of atomic nuclei.*

Commentarii, vol. I, n. 35, pag. 1-20 (1963).

SUMMARIVM. — Ad nuclei atomici structuram examinandam, initium sumere oportet ex descriptione motus, quem singulares nucleones in communi campo nucleari habent.

Huic motui quidam relationis effectus superponuntur, quorum nonnulli, magni sane momenti ac ponderis, efficiunt ut complures eaeque variae nucleares proprietates facilius intellegantur.

BOLDRINI M., *Contributi alla storia della statistica: I. Sull'introduzione del metodo statistico in Biologia.*

Acta, vol. I, n. 3, pag. 19-27 (1937).

SUMMARIVM. — Disciplina quae nunc est « biometria » ex mensuris praenomenorum vitae — auctore Santorio — primum exstitit, deinde ex earum rationaria tractatione — auctore Jacobo Keill — vere constitit.

BOLDRINI M., *Sulla dispersione dei caratteri mendeliani.*

Acta, vol. V, n. 12, pag. 85-102 (1941).

SUMMARIVM. — Monohybridorum descendentes stabiliorem habent qualitatum proportionem, quam ex fortuito casu fieri debet.

BOLDRINI M., *Sulla teoria della media tipica.*

Commentationes, vol. X, n. 1, pag. 1-42 (1945).

SUMMARIVM. — Notiones errorum accidentalium et mensurarum ex accidenti erronearum generaliore ratione extendendo, potest ita principium sui minimorum quadratorum latius patere, ut etiam statisticas magnitudines, quae vocantur, magnam partem moderetur.

Ex quo patet probabilitatem eventus ita mutari solere ut plerumque inter se compensentur; quod accidere videtur propter repetitos ex inadvertentia errores, quibus praecudicatae investigantium opiniones dant causam.

BOMBELLI U., *Osservazioni otorinolaringologiche nell'anemia perniciosa.*

Scripta Varia, n. 6, pag. 49-52 (1948).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio est in libro, quo eduntur recentiora studia peracta apud « Institutum de haemopathiis » a Pontificia Commissione Adscientiae (PCA) constitutum.

BOMPIANI E., *Determinazioni differenziali relative alla superficie di Veronese.*

Acta, vol. VIII, n. 6, pag. 39-48 (1944).

SYMMARIVM. — Auctor, adhibens doctrinam contactus duarum algebraicarum varietatum cuiusdam praefiniti typi, extruit superficies Veronesianas, quibus commune sit aut superficiei elementum secundi vel tertii ordinis (quod nonquit esse generale elementum ex S_3), aut bina superficiei elementa secundi ordinis.

BONFIGLIOLI G., *Sulle vibrazioni libere di un portale elastico (cum 3 fig.).*

Commentationes, vol. VI, n. 6, pag. 421-444 (1941).

SYMMARIVM. — Postquam definiverit elasticum systema, quod pendere vult, et hypotheses quas supponit (hisotropiam, linearem elasticitatem, etc.) auctor huius systematis aequationes liberi motus (indefinitas et ad limites) exprimit, earumque integralia exhibet, ut ponere ac resolvere autovalorum aequationes possit (quod tandem usui aptum est).

Qua aequatione in simpliciores duas divisa (quod ideo fieri potest quod autofunctiones symmetricae et asymmetricae exstant), graphice eas resolvit in duobus peculiaribus casibus, qui ostendunt, praeter alia, quam parvi sit faciendum dynamicum studium de portali quod iuxta proximas formulas reductionis graduum libertatis fiat.

Ut autem Auctor animadvertit, numericae rationes ad autovaloris aequationem resolvendam et portalis proprias frequentias supputandas, licet aequatio sit maxime involuta, non adeo sunt difficiles, ult formulae, quae hoc modo determinantur nullatenus usui sint aptae.

BONFIGLIOLI G. e DALLAPORTA N., *Distribuzione angolare nell'urto tra ioni e atomi.*

Commentationes, vol. VII, n. 7, pag. 141-154 (1943).

SYMMARIVM. — Exponitur ratio, satis vero proxima, qua distributio

angularis sectionum collisionis inter iones et atomos computari potest: haec ratio in eo posita est quod functionibus anguli incitate pulsantibus, quae in ipsarum sectionum expressione ostenduntur, earum medius valor substituitur.

Formulis, quae exiden oriuntur, sat accurate pernumerari possunt iones vel atomi, quae in quolibet certo intervallo angulari insunt.

Computatio fit pro collisione inter He^+ et He , tribus diversis incidentibus viribus positis; nec aliud obtinetur ac directe per numericam integrationem.

BONI M. e LAURICELLA E., *Note anatomo-fisiologiche sulle vie di drenaggio della linfa uterina.*

Acta, vol. XIV, n. 2, pag. 9-16 (1950).

SVMMARIVM. — Auctores lymphatica uteri vasa investigarunt, praesertim quod ad eorum physiologiam attinet, determinantes qua ratione operentur viae quibus lymphae, ab unaquaque uteri regione proveniens, defluit.

BONINO G.B., *Ricerche sulla riducibilità polarografica del pirrolo e dei pirroli sostituiti.*

Acta, vol. IX, n. 6, pag. 65-68 (1945).

SVMMARIVM. — Inquirat Auctor hac Nota de pirrolo et pirrolis substitutis eorumque omnium reducibilitate.

BORDONI P.G., *Caratteristiche di radiazione di una sfera rigida munita di calotta oscillante (cum 10 fig.).*

Commentationes, vol. VIII, n. 18, pag. 505-526 (1944).

SVMMARIVM. — Auctor de quibusdam sonoris fontibus disserens, quos posse in nonnullis mensionibus in laboratorio adhiberi docet, ostendit quatenam horum fontium sint proprietates, et quo modo differant a proprietatibus eorum fontium de quibus indagari solet.

BORDONI P.G., *Metodi approssimati per lo studio delle sorgenti sonore (cum 1 fig.).*

Acta, vol. VIII, n. 8, pag. 61-66 (1945).

SVMMARIVM. — Auctor praebet exactam expressionem campi sonori,

qui e superficie sphaerica emissus sit, aliis circuitus condicionibus atque illa quae, ad velocitatem attinens, solet dispici.

Significat praetera quasdam supputandi rationes, quibus, simplici quodam interpolationis processu adhibito, perpendi possint superficies emittentes non sphaericae, quarum circuitus condiciones magis implexae sint.

Postremo quaedam exponit de illis supputandi rationibus ad sonoros quosdam fontes artibus adhibitos applicandis.

BORDONI P.G., *Sulle funzioni di Stokes* (cum 4 fig.).

Commentationes, vol. IX, n. 3, pag. 87-114 (1945).

SVMMARIVM. — Perpendens sonoros fontes sphaericos, auctor censet introducendas quasdam functiones STOKES, quas in tres species dividit, et facili negotio e functionibus typi BESSEL-RICCATI deducit.

Numericas quoque tabulas, et graphicas expressiones primarum functionum trium specierum exhibet, positis imaginariis positivisque valoribus variabilis.

BORDONI P.G. e GATTO F., *Isteresi apparente delle macchine per la prova dei materiali* (cum 3 tab. et 11 fig.).

Commentationes, vol. XII, n. 6, pag. 261-304 (1948).

SVMMARIVM. — In machinis ad materias probandas destinatis, attritus partium mobilium errores parit in mensione, ex quibus hysteresis in ipsis machinis inesse simulatur.

Ex mensionibus, quae per peculiarem dynamometrum nuper apud Institutum Nationale Electroacusticae effectum peractae sunt in machinis diversi generis, cycli apparentis hysteresis probari potuerunt, eorumque magnitudo et signum determinari, ac praeterea explorari causae quae in diversis casibus gignunt cyclos signi positivi vel negativi vel cyclos intextos.

BORGHESE E., *Le fibre nervose della corteccia cerebrale dei lacertidi* (cum 5 fig.).

Commentationes, vol. X, n. 4, pag. 121-144 (1945).

SVMMARIVM. — Auctor describit quomodo se gerant nervea fibrae in cerebro *Lacertae viridis* et *Lacertae muralis*, prout ea ratione, quae argenti reductio dicitur, probari potest.

Fibrarum contextus, magis vel minus condensus, et relationes inter eas et cellulas, alia sunt in alia e tribus regionibus (mediodorsali, dorsali, et laterali), in quas solent partiri cerebralem reptilium corticem.

Et quo fit ut quis suspicari possit cellularum munus aliud esse in

aliis regionibus, quae igitur similiter se habeant atque in animalibus mammatis: praecipue similis videtur regio mediodorsali archipallio, lateralis papeopallio: neopallium autem adesse non videtur.

BORGHESE E., *Osservazioni sui nuclei pontini del nervo cocleare* (cum 1 tab.).

Acta, vol. XVI, n. 7, pag. 57-68 (1955).

SVMMARIVM. — Auctor examinat interneuronicas connexiones in praecipuis nucleis viae cochlearis.

Dorsalis nucleus nervi cochlearis et utiva pontina cum suo nucleo accessorio habent fibrillare rete, quod veri simile est esse viam qua stimuli ad proprias eorum nucleorum cellulas transmittuntur; ventralis autem nucleus nervi cochlearis et nucleus corporis trapezoidis proprias habent synapses neurosomáticas, quarum forma cistae similis est, quaeque ex unius vel plurium fibrarum circa cellulas ad ramorum modum germinatione constituuntur.

His terminationibus in diversis mammiferorum speciebus diversisque rationibus observatis, nucleorum propriae notae melius patent, simulque perspicui potest quae sit ratio inter ipsas terminationes et subtiliores fibras e quibus fibrillare nucleorum rete constat.

BORGHI D.C., *Sui principi della fisica nucleare* (cum 1 fig.).

Commentationes, vol. X, n. 5, pag. 145-216 (1945).

SVMMARIVM. — Expositis elementis cuiusdam Hypergeometriae quinque dimensionibus institutae, per theoriam numerorum hypercomplexorum « E », datur representatio spatii neutri et vacui necnon spatii saturi sub bina specie dextera et sinistra, qua electricitas ipsa representari posse monstratur.

Perturbationem autem, quam praesentes particulae observabiles in ipsum spatium inducunt, illarum virium quae a Coulomb nomen accipiunt causam esse praesens theoria probat.

Exinde, novam formam accipiunt aequationes undarum, cum undae in solidam molem sine expansione cogi posse videantur; cuius rei specimens est in primis nucleus Hydrogenii qui Proton nomen habet, cuius etiam momenta, angulare scilicet et magneticum, theoretice deduci possunt, confirmante undequaque experimentali evidētia.

Eadem theoria, specimen exponitur de constitutione nuclei Deuterii, ejusque molis magnitudo atque momentorum deducitur, una cum theoria et specimine Neutronis.

Quarum quantitatum valor theoretice conflatus cum earundem experimentalis magnitudine bene consonare videtur.

BORNEMISZA E., *Problems of fertilizer use in Latin America.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 189-208 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

BORRI C. — Vide: MERCATI A., *Notizie sul gesuita Cristoforo Borri e su sue « inventioni » da carte finora sconosciute di Pietro della Valle il Pellegrino.*

BOSC M., MAERTENS C., BLANCHET R., LANGLET A., MARTY J.R., *Fertilizer use and ecological factors.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 363-388 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

BOSCOVICH R. G. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano.*

BOSE G. M. — Vide: MERCATI A., *Il fisico tedesco Giorgio Mattia Bose e Benedetto XIV.*

BOSSI L., *The motion of particles trapped in a magnetic dipole field as a special case of the störmer problem.*

Scripta Varia, n. 25, pag. 355-386 (1963).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire" ».

BOSSI R., *Proposta di tubo Roentgen con anodo anulare e diaframma fenestrato per l'aumento del tasso di assorbimento in profondità delle radiazioni in terapia* (cum 3 fig.).

Acta, vol. XI, n. 10, pag. 117-132 (1946).

SVMMARIVM. — Auctor proponit rationem solvendi problema concentrationis radiationum X, adhibito tubo aliquo qui anodum toroidalem habet et diaphragma radiationes ipsas in fascem convergentem colligens. Tubi et diaphragmatis exemplum exhibetur.

BOTRÉ C., LIQUORI A.M., ASCOLI F., *Interaction between DNA and polycyclic aromatic hydrocarbons.*

Scripta Varia, n. 22, pag. 153-172 (1962).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude su le "Problème des Macromolécules d'intérêt biologique avec référence spéciale aux nucléoprotéides" ».

BOTTAZZI F., *La mente e l'opera di Leonardo da Vinci.*

Commentationes, vol. V, n. 8, pag. 503-568 (1941).

SVMMARIVM. — Licet multa iam saecula humanum genus magnopere laudet qui Iucundam, Sanctam Annam, Virginem inter ruper pinxit, non est tamen obliviscendum Leonardum, non modo summum fuisse pictorem, sed praeterea in physicis-mathematicis doctrinis, in rerum natura investiganda, in humani corporis constitutione et vita expendenda maxime praestitisse: nec ipse tantum omnino propugnavit rationem investigandi, quae experimentis fulcitur, sed etiam primus in suo cotidiano studio ea est usus.

BOUCHET J.F., *La Casina di Pio IV (Riproduzione in rame a triplice impressione e calco).*

Editio extra seriem (1937).

DESCRIPTIO. — Statim post Academiae restaurationem, Cancellarii cura edita est tabula qua paribus mensuris (cm. 58×42) phototypice redditur imago illa Villulae a Pio IV in nemore vaticano exstructae quam caelator et pictor JULES-FRÉDÉRIC BOUCHET anno 1845 in lamina caelavit.

BOWDEN F.P., *Experimental studies of surface topography and the measurement of the attractive forces between molecular flat solids.*

Scripta Varia, n. 31, pag. 247-276 (1967).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur les "Forces moléculaires" ».

BOYLAND E., *The biochemistry of carcinogenesis and experimental chemotherapy of cancer.*

Scripta Varia, n. 7, pag. 79-106 (1949).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème biologique du cancer" ».

BRADFIELD R., *The role of organic matter in soil management and the maintenance of soil fertility.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 107-122 (1968).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur la "Matière organique et fertilité du sol" ».

BRAMÃO L., *The place of soil fertility and land resources in the future of agricultural production.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 833-850 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

BRAMÃO D.L. and RIQUEUR J., *Characteristics of the organic matter in the major soils of the world and its importance to soil fertility.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 45-54 (1968).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur la "Matière organique et fertilité du sol" ».

BREMER F., *Neurophysiological correlates of mental unity.*

Scripta Varia, n. 30, pag. 419-436 (1965).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Cerveau et expérience consciente" ».

BREMNER J.M., *The nitrogenous constituents of soil organic matter and their role in soil fertility.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 143-186 (1968).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur la "Matière organique et fertilité du sol" ».

BROADBENT F.E., *Turnover of nitrogen in soil organic matter.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 61-84 (1968).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur la "Matière organique et fertilité du sol" ».

BROGLIO L., *Questioni analitiche inerenti ai problemi di stabilità dell'equilibrio elastico.*

Acta, vol. XV, n. 2, pag. 15-24 (1951).

SVMMARIVM. — Ut elastici aequilibrii instabilitatem in subtilibus structuris investiget, Auctor quaerit expressionem tensoris deformationis in elastica re quae finitis ad alio loco in alium translationibus subiciatur.

Exhibet deinde expressiones laboris deformationis usque ad secundi ordinis terminos, quod attinet ad velum cylindricum, ad quodlibet velum, et ad quodlibet medium tridimensionale.

BROGLIO L., *Campo fluido supersonico dietro onda d'urto aderente.*

Commentarii, vol. I, n. 47, pag. 1-28 (1964).

SVMMARIVM. — Auctor inquisivit in campum fluidum supersonicum ex unda percussiois, quae acutae cuiuslibet corporis prorac adhaereat, formulas reperiens, quae mathematice eiusmodi motus expriment.

BROÏKOS ATH., *Sur le mouvement discontinu d'un fluide limité par un parois fixe et un ligne libre* (cum 4 fig.).

Commentationes, vol. III, n. 18, pag. 627-657 (1939).

SVMMARIVM. — Hoc studio datur generalis expressio elementorum geometricorum, cinematicorum et dynamicorum, in casu motus plani non continui, in regimine permanenti, liquidi non compressibilis, quod finiatur pariete fixo cuiuslibet formae et linea libera.

BRONZINI E., *Note sulla riproduzione in cattività del cervone (Elaphis Quaterradiatus) Latr.* (cum 1 tab.).

Acta, vol. VIII, n. 5, pag. 29-38 (1944).

SVMMARIVM. — Auctor notum facit quid perspectum sit ex artificiali evorum *Elaphidis quaterradiati* Latr. incubatione; eius conclusiones (quae differunt a conclusionibus quae a Peracca experimentis notae erant), attenta ratione qua incubatio facta est, videntur proxime exprimere id quod in rerum natura accidit quod attinet ad eam speciem.

BRÜCK H., *The 1937 Eclipse of ζ Aurigae.*

Acta, vol. II, n. 6, pag. 51-60 (1938).

SVMMARIVM. — Auctor instituit investigationem spectro-photometricam stellae duplicis ζ Aurigae, ante et post eius defectionem, quae initium habuit d. 21 Aprilis anni 1937.

Ad quem finem usus est imaginibus obtentis in Specula Vaticana, auxilio refractoris photographici superposito prismate obiectivo cum crate.

BRÜCK H.A., *Sir Edward Victor Appleton.*

Commentarii, vol. II, n. 34, pag. 1-8 (1968).

SVMMARIVM. — Agitur de publico praeconio quod Auctor — cum Sessio Plenaria Pontificae Academiae Scientiarum haberetur — die 27 Aprilis 1968 recitavit.

BRUFANI M., FEDELI W., GIACOMELLO G., VACIAGO A., *La struttura di una nuova categoria di composti aromatici derivati del tetraazapentalene.*

Commentarii, vol. I, n. 34, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Auctores exponunt quamnam molecularem structuram, quam per röntgencrystallographiam ipsi determinarunt, habent aromatica illa composita, quorum generalis formula est $R_1R_2[C_4N_4]R_2R_1$.

BUCKINGHAM A.D., *Permanent and induced molecular multipole moments.*

Scripta Varia, n. 31, pag. 9-20 (1967).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur les "Forces moléculaires" ».

BULI U., *Cicli meristematici e radiazioni solari nella pineta di Ravenna* (cum 6 tab.).

Acta, vol. XII, n. 11, pag. 117-128 (1948).

SVMMARIVM. — Inquirens in series meristemáticas truncorum *Pinus pineae*, in Ravennatibus pinetis, Auctor, multis plantis examinatis iisque inter se collatis, comperit singulorum lignecorum meristematum crassitudinem certis temporibus recurrere; ea enim ita se habet, ut fere respondeat solaris operationibus fluctuationibus, quamvis magnopere sentiat caeli vicissitudines, praesertim nimium frigus vel calorem.

BULLEN K.E., *The solidity of the Earth's inner core.*

Commentarii, vol. II, n. 39, pag. 1-16 (1972).

SVMMARIVM. — Auctor soliditatis nuclei interioris orbis terrarum perscrutatur. Inter alia revocatur doctrina Auctoris, quod pertinet ad compressionem et compressibilitatem. Respiciuntur insuper observationes recentes de terrestribus oscillationibus deque undis sismicis PKJKP.

BURBIDGE E.M., *Optical Spectra of Quasi-Stellar Objects.*

Scripta Varia, n. 35, pag. 121-146 (1975).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "Les noyaux des galaxies" ».

BURBIDGE E.M. and SARGENT W.L.W., *Velocity Dispersions and Discrepant Redshifts in Groups of Galaxies.*

Scripta Varia, n. 35, pag. 351-378 (1971).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "Les noyaux des galaxies" ».

BURBIDGE E.M., *Summary of Observational Results.*

Scripta Varia, n. 35, pag. 713-732 (1971).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "Les noyaux des galaxies" ».

BURBIDGE G.R., *Theoretical Considerations Regarding Non-Thermal Emission and Ejection of Matter from Galactic Nuclei.*

Scripta Varia, n. 35, pag. 411-434 (1971).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "Les noyaux des galaxies" ».

BUSSLER W., *The importance of « balanced fertilizers » with 12 mineral nutrients for higher yields of adequate quality.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 503-532 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

BUSSLER W., *Die Bedeutung « ausgeglichener Nährstoffangebote » mit 12 Nährstoffen für die Erzeugung hoher Ernten von bester Qualität.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 1283-1314 (1973).

MONITVS. — Editio originalis germanica haec editur superioris dissertationis.

BUYTENDIJK F.J.J., *Die Abstufung der willkürlichen Muskelspannung (cum 6 fig.).*

Commentationes, vol. IV, n. 13, pag. 453-488 (1940).

SVMMARIVM. — Dissertatio theoretico-experimentalis circa processum isometricum contractionis voluntariae musculorum, eiusque stabilitatem, gradationem voluntariam, contractionem simultaneam duorum fascium symmetricorum musculorum, reproductionem successivam contractionis isometricae; de sensu musculari et de aliis elementis physiologicis et psychicis.

BUYTENDIJK F.J.J. and MEESTERS A., *Duration and course of the auditory sensation* (cum 7 graph.).

Commentationes, vol. VI, n. 11, pag. 557-576 (1941).

SVMMARIVM. — Experimentis perpenditur per quantum temporis perduret et quanta sit amplificatio et deminutio auditus, quae a momentario stimulo (bruit de claquement) producatur.

Plures rationes in experimentis adhibentur, sive monaurales sive binaurales, simulque indicatur de experimentorum eventibus, qui cum aliorum doctorum investigationibus comparantur.

BUYTENDIJK F.J.J., *L'expérience neuro-physiologique et son explication par S. Augustin et dans la science moderne.*

Commentationes, vol. IX, n. 8, pag. 299-326 (1945).

SVMMARIVM. — Anno 387 p. C. n. Sanctus Augustinus descripsit et explanavit mutationes functionales in inferiore animali post nervi systematis laesionem.

Iteratum anno 1931 experimentum eosdem praebuit effectus.

Hac Commentatione de explicatione a Sancto Augustino posita disputatur, attento reali et vero recentioris physiologiae fine.

BUYTENDIJK F.J.J., *Vers une physiologie anthropologique.*

Commentarii, vol. I, n. 9, pag. 1-16 (1962).

SVMMARIVM. — Physiologia anthropologica id sibi proponit: inquirere quid propriae uniuscuiusque hominis qualitates efficiant in eius vitae actiones et regulas. Haec autem investigatio, praeter alia auxilia quae ei praebet hodierna ars medica, eo potissimum fundamento fulcitur, quod intra nos ipsos figuram invenimus eius vitae, quam ex prima iuventute vivimus. Auctor per exempla declarat quid quaerat physiologia anthropologica, et quae via sequenda sit ad conclusiones deducendas.

BUZANO P., *La geometria differenziale in Italia (Dal 1939 al 1945).*

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945, n. 12, pag. 1-28 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli 1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summi modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

CABRAS A., *Moto vario dei fluidi nei tubi* (cum 2 fig.).

Commentationes, vol. III, n. 2, pag. 13-38 (1938).

SVMMARIVM. — Dissertitur de motu perturbato fluidorum in tubis inconstantis diametri, ratione habita perfrictionis, elasticitatis fluidi, et elasticitatis tubi.

Binae motus differentiales aequationes (aequatio continuitatis et aequatio dynamica) antea forma generali scribuntur, deinde simplicioris forma.

Quod autem attinet ad fluidum densitatis fere constantis, aequationes deducuntur adhuc simpliciores.

Iuxta has aequationes, integrales scribuntur, quae expriment legem qua propagatur ictus arietis.

Ab exemplo verae integrationis eruitur formula quae exprimit quomodo se habeat fluxus mensura, cum nota est pressio quae fit in initio, ut temporis functio.

CACACE F., CIPOLLINI R., PEREZ G., *Analisi elementare continua di composti organici separati mediante cromatografia in fase vapore*.

Commentarii, vol. I, n. 49, pag. 1-12 (1964).

SVMMARIVM. — Breviter describitur quaedam ratio, qua elementariae continuae analysi (Carbonium-Hydrogenum-Nitrum) subiici possunt parvae organicorum compositorum quantitates, duomodo per chromatographiam vaporcam separata sint.

CACCIOPPOLI R., *Ovaloidi di metrica assegnata*.

Commentationes, vol. IV, n. 1, pag. 1-20 (1939).

SVMMARIVM. — Adhibita methodo inversionis congruentiarum functionalium, generalis solvitur quaestio an existat superficies clausa quae habeat ds^2 curvaturae positivae, arbitrariae statutum.

CALDIROLA P. e SILIANO P., *Integrazione dell'equazione delle onde sferiche smorzate e forzate col calcolo operatorio*.

Acta, vol. X, n. 21, pag. 229-244 (1946).

SVMMARIVM. — Ostendunt Auctores quo modo aequatio differentialis

$$\frac{\partial^2 u}{\partial t^2} - \Delta_2 u - ku = x,$$

si opportune condiciones in exordio et in ambitu statuuntur, integrari

possit per calculum qui vocatur operatorialis, secundum expressionem a Doetsch datam, quae innititur proprietatibus transformatae Laplacianae.

Hac ratione sine magna difficultate eadem solutionis formula obtinetur, quae antea a TONIOLO, per integrandi rationem a VOLTERRA et TEDONE inventam, constituta est.

Formula solutionis deinde applicatur ad peculiare quosdam casus, qui summo opere physicorum intersunt.

CALINDRI S. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano*.

CALOI P., *Sulle onde di Rayleigh in un mezzo elastico, firmo-viscoso indefinito* (cum 2 fig.).

Acta, vol. X, n. 14, pag. 143-154 (1946).

SVMMARIVM. — Cum Auctor investigaverit quid efficiat firmo-viscositas in undarum Rayleigh propagationem per aliquam solidam substantiam, demonstrat, inter alia, attritum vim suam exserere in verticalem motus componentem, quam valde reducit, praesertim si periodus adeo parva sit ut relatio inter verticalem et horizontalem componentes ad unitatis ordinem pertineat.

Haec conclusio magis cum observatis congruit, quam doctrina Rayleigh-Lamb, quae respicit ad propagationem per substantiam omnino elasticam.

Animadvertendum est undas Rayleigh in substantia omnino elastica constanti velocitate propagari; in substantiis autem firmoelastice mutata periodo velocitas quoque mutatur, ita ut, ex velocitate quae nulla esset si periodus nulla esse posset, mox tendat ad eam velocitatem quae propria est substantiarum elasticarum, si periodus augeatur (quoque magis elasticitas vincit firmitatem eo magis velocitas crescit).

CALOI P., *Sur l'origine des microséismes*.

Scripta Varia, n. 12, pag. 157-222 (1952).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

CALWELL J.D., *The derivation of fertilizer recommendations for crops in a non-uniform environment*.

Scripta Varia, n. 38, pag. 935-962 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque

ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

CAMIZ V., *Estensione del metodo delle rotazioni e degli spostamenti alla risoluzione di qualsiasi tipo di telaio piano (Metodo Takabeya generalizzato)* (cum 4 fig.).

Commentationes, vol. VII, n. 3, pag. 39-58 (1943).

SVMMARIVM. — Generalem methodum exponit Auctor, qua telarium elasticum planum cuiuslibet generis resolvi possit, quod tradibus curvilineis, variae longitudinis, constet.

Determinatur insuper forma aequationum resolventium, quae obtinetur extendendo schema a TAKABEYA pro quibusdam telariorum speciebus propositum.

CAMIZ V., *Variazioni di temperatura, cedimenti dei vincoli esterni e linee d'influenza dei telai elastici piani col metodo Takabeya generalizzato.*

Commentationes, vol. VII, n. 20, pag. 673-684 (1943).

SVMMARIVM. — Auctor, superiore sua Nota usus, ostendit, ut in telariis elasticis planis dimetiatur quinam sint effectus variationis caloris et relaxationis vinculorum exteriorum, uti licere schemate resolutionis ordinariae telarii, quibusdam constantibus ficticii oneris adhibitis; eademque ratione determinari posse praecipuas influxus lineas.

CANTERZANI S. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano.*

CANZANELLI A., *La fauna dei funghi freschi (II. Contributo: La ditterofauna fungicola)* (cum 3 tab.).

Commentationes, vol. V, n. 3, pag. 211-282 (1941).

SVMMARIVM. — Praemissis notionibus de rationibus Dypteros educendi, Auctor fungorum Dypteros in Europa exstantes (160 species) describit, quorum biologiam et oecologiam fuse exponit (praesertim specierum quas ipse collegit et eduxit), simulque damna ostendit quae ex huiusmodi insectis fungi sponte sua orientes patiuntur.

CAPETTI A., *I motori aeronautici in Italia dal 1939 al 1945.*

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945, n. 4, pag. 1-12 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli 1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summani modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

CAPÓ B.G., *Optimum economic quantity of fertilizer based on plant tissue composition.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 45-62 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

CARBONE R., CERVINI T., MASSARELLI A., RUSSO V., *Contributo alla chiarificazione dei rapporti fra ormoni e tessuti neoplastici (cum 3 fig.).*

Acta, vol. XVI, n. 16, pag. 143-154 (1956).

SVMMARIVM. — In tribus mamillae tumoribus eiusdem speciei histologicae cum Auctores quid ostendat reductasis, si mulier bilatearlem surrenalectomiam subeat, investigaverint, invenerunt varios fuisse clinicos, et biochimicos surrenalectomiae effectus, hos autem semper una cum illis mutari et interdum magis quam illos.

CARBONE R., MONTANARI G., RUSSO V., *Gli effetti della surrenalectomia nel cancro avanzato della mammella.*

Commentationes, vol. XVII, n. 6, pag. 133-160 (1956).

SVMMARIVM. — Examinat Auctor quid per subrenalectomiam obtentum sit in viginti septem casibus, quorum decem unilateralem, decem septem autem bilateralem operationem habuerunt ad medendum progressu mamillae cancro.

Haec examinantes Auctores perpendunt et qua ratione subrenalectomia fieri possit ac debeat et quid subrenum ablatio efficiat in corporis functiones.

CARRUCCIO E., *Considerazioni sulla compatibilità di un sistema di postulati e sulla dimostrabilità delle formule matematiche.*

Acta, vol. X, n. 2, pag. 21-42 (1945).

SVMMARIVM. — Problema decernendi, utrum omnes consequentiae quorundam postulorum possint, quacumque semota repugnantia, una simul consistere an non, pluries occurit in historia scientiarum, quousque nostris hisce temporibus mathematicus K. GÖDEL theorema protulit quod ita enuntiatur; Posito, quod aliqua de mathematica doctrina nullas contineat interiores contradictiones, impossibile est hanc eius proprietatem naturamque demonstrare, unico ipsiusmet doctrinae adhibito auxilio.

Quamvis demonstratio sui theorematism, quam GÖDEL instituit, rem non adeo evincat, ut nil omnino obici possit, tamen in presenti disquisitione nova argumenta exponuntur, quae ipsum theorema roborant, et simul singulares novae consequentiae derivantur, quas inter imprimis numerorum existentia, de quibus impossibile est demonstrare, utrum rationales an irrationales sint appellandi.

CARTA DE ANGELIS L., TONOLO A., ZURITA E., *Production of L-asparaginase by a strain of Aspergillus terreus.*

Commentarii, vol. II, n. 21, pag. 1-4 (1969).

SVMMARIVM. — Nunc primum describitur asparaginas ab *Aspergillo terreo* producta, quae maximam ostendit vim contra tumores in muris lymphosarcomate.

CASARINI A. e ROSSI N., *Cellule cianofile e cellule mucoidi dell'adenoiopofisi nelle disendocrinie umane e sperimentali* (cum 12 fig., 6 tab.).

Scripta Varia, n. 13, pag. 142 (1953).

SVMMARIVM. — Quid perspexerint in investigationibus peractis in Instituto anatomiae et histologiae pathologicae apud Universitatem Papiensem, quod attinet ad histologiam hypophysariam, Auctores exponunt.

Ex experimentis factis in animalibus et ex humanorum corporum inspectionibus (quae quidem disendocrinias, dum vivebant, ostenderant) Auctores multa maximi momenti invenerunt, superiorumque doctorum conclusiones opportune complerunt, de ratione qua se habent cellulae cyanophylae et cellulae mucoides.

CASIMIR H.B.G., *Van der Waals forces - I.*

Scripta Varia, n. 31, pag. 137-142 (1967).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur les "Forces moléculaires" ».

CASIMIR H.B.G., *Van der Waals forces - II.*

Scripta Varia, n. 31, pag. 287-290 (1967).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur les "Forces moléculaires" ».

CASSANO C., *Occhiello di presentazione* (ad opus: E. Malizia, M. Di Lorenzo, L. Torbidoni - *Myastenia gravis; rivista sintetica e studio patogenetico*).

Scripta Varia, n. 26, pag. 7 (1963).

SVMMARIVM. — Opus quod ut supra dictum est inscribitur Professor Doctor CATALDUS CASSANO commendare non dubitavit.

CASSINI G.D. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano*.

CASTAGNETTA E. and FARULLA A., *History and clinical value of the ballistocardiogram - A review of clinical and experimental researches*.

Commentarii, vol. I, n. 23, pag. 1-32 (1963).

SVMMARIVM. — Ex aliquot annorum investigationibus perspectum est multo maioris esse ponderis in ballistogrammate efficiendo ea quae cum myocardica contractione connectuntur, quam haemodynamica illa, quae multa sunt, ab Auctoribus permultis considerata.

Ceterum ex clinico hominum haud paucotum examine constat ballisticos complexus non solere secundum certas normas ac rationes in singulis cardiacorum morborum generibus variare, prout apud Auctores scriptum legimus: ea igitur quae ballistocardiographica methodus vocatur parum sane valet ad morbi species coniciendas et agnoscendas.

CASTAGNETTA E., *Rilevi batteriologici in corso di rinofaringite acuta - Frequenza dell'isolamento di stafilococchi patogeni dal cavo nasale.*

Commentarii, vol. I, n. 24, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Cum in octoginta hominibus, qui rinopharyngite acuta laborabant, mucus nasi examinatus sit, ut perspiceretur quae bacteria in eo inessent, in septuaginta sex separatae sunt staphylococcorum stirpes, e quibus unum et viginti erant pathogenae: haec staphylococcorum praesentia verisimile est fuisse eius morbi causam, aut saltem unam ex causis.

CASTAGNETTA E., *Rilevi farmacologici sulle alterazioni elettrocardiografiche indotte nel coniglio dalla somministrazione di Staphylo-
lisisina alfa.*

Commentarii, vol. I, n. 25, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Ostendit Auctor, si cardiaca cuniculi excitabilitas perturbata forte sit ex *staphylo-
lisisinae alfa* subministrata, utile esse ei animali *animalinum* subministrare, quae arhythmiis efficaciter medetur, deminuens animalium mortes.

CASTAGNETTA E., *Rilevi elettrocardiografici nel coniglio dopo somministrazione di « O Streptolisisina ».*

Commentarii, vol. I, n. 26, pag. 1-12 (1963).

SVMMARIVM. — Quid constet ex examine electrocardiographico, postquam quantitas, talis quae non sit statim letalis, *O streptolisisinae* data sit cuniculo, hic exponitur: evidentes perturbationes in conductionis excitabilitate et in myocardiica irroratione cernuntur, quae Auctor censet ex toxina esse effectas.

CASTAGNETTA E., FARULLA A., NARO G., *Anatomical and physiological remarks on right ventricle infarctions.*

Commentarii, vol. I, n. 27, pag. 1-12 (1963).

SVMMARIVM. — Causae, cur ventriculus dexter summo opere afficiatur dum coronaria homolateralis occlusa est, hae sunt: a) quod maxime vividus est sanguinis cursus anastomosicus collateralis; b) quod dexterum ventriculum minores quam sinistrum habet metabolicas necessitates; c) quod fieri potest vicarius quidam sanguinis cursus a cavo ventriculari dextero per thebesianum systema.

CASTAGNETTA E., FARULLA A., NARO G., *Endocardial fibroelastosis.*

Commentarii, vol. I, n. 28, pag. 1-26 (1963).

SVMMARIVM. — Etsi sunt, qui, cum fibroelastosi endocardica laborent, ad juvenilem aetatem vel etiam adultam perveniant — at plerique intra primum vitae annum moriuntur — non idem tamen videtur esse ille morbus in pueris atque in adultis, sed duo diversi morbi, ex diversis causis provenientes: id concludunt Auctores, post fibroelastosis endocardicae examen in viro quodam et in quibusdam pueris.

CASTELLANI A., *L'ulcera del deserto (ulcera tropicale superficiale). Etiologia e riproduzione sperimentale nell'uomo* (cum 3 tab.).

Commentationes, vol. VII, n. 25, pag. 773-782 (1943).

SVMMARIVM. — Quid auctor de ulceris tropicalis superficialis aetiology invenerit exponens, qui morbus plures in Africa Septentrionali pugnantes milites affecit, demonstrat id ulces ex micrococco quodam gramnegativo [*Micrococco (Streptococco) mycetoide*] provenire; quod confirmatur ex experimentis quibus, puris illius micrococci cultoris usus, Auctor typico eodem morbo voluntarios homines infecit.

CASTELLANI A., AMALFITANO G., PULLÈ F., SCOTTI G., TOBIA A., SERVINO V., PARONI F., CULIOLO M., URSO B., *Osservazioni e ricerche su individui esposti a bombardamenti aerei, aeronavali e mitragliamenti* (cum 6 tab. et 1 fig.).

Commentationes, vol. IX, n. 14, pag. 561-584 (1946).

SVMMARIVM. — Auctor exponit observata quaedam de hominibus aëreis incursionibus obnoxiiis, in Africa Sptentrionali et in Italia annis 1940-43.

CASTELLANI A., *Further researches on the detention and identification of lactose, maltose, galactose and certain other carbon compounds copper reducing and not copper reducing.*

Commentationes, vol. XVII, n. 3, pag. 37-60 (1955).

SVMMARIVM. — Auctor describit mycologicas vias, quae ipse secutus est ad repiendia lactorium, maltosium, galactosium aliaque carbonii hydrata.

Dignosticorum bacteriorum et mycetorum culturas libenter ipse mittet ad eos investigatores qui petant.

CASTELLANI A., *Considerations et nouvelles experiences sur le phenomene de fermentation gazeuse symbiotique. Quelques remarques sur des symbioses microbiennes produisant maladies.*

Acta, vol. XVI, n. 14, pag. 129-138 (1957).

SVMMARIVM. — Novis peractis experimentis Auctor comperiit quasdam Bacteriorum et Mycetorum species, quae solae non gignunt gasicam fermentationem in nonnullis saccharis aliisque materiis, eam fermentationem efficere si in symbiosi vivant aut si commisceantur.

CASTELLANI A., *Long term observations on pathogenic fungi cultivated on artificial media for two, three, four and five decades. Permanency and variations of their characters. The « Sterile distilled water method » of cultivation to maintain such fungi in mycological collections and prevent the development of pleomorphism.*

Commentarii, vol. I, n. 2, pag. 1-12 (1961).

SVMMARIVM. — Pathogenos mucores si artis auxilio aliquot per annos tractemus tres familias obtineamus: 1) familiam cuius characteres semper iidem sunt; 2) familiam cuius characteres cum mutantur tum reversibiles esse ostenduntur; 3) familiam cuius characteres funditus mutati pleomorphismus Sabouraudi gignunt.

Illud praeterea est notatum quod mucores plerumque pathogeni, in illis omnes dermatophyti, si in stillata aqua, quae sterilis sit, servantur, in annum vitalem spiritum non amittunt, cum in stillata aqua pleomorphismum non gignant.

CASTELLANI A., *Nouvelles observations sur l'identification mycologique du saccharose et de l'inuline, substances non réductrices.*

Commentarii, vol. I, n. 3, pag. 1-12 (1961).

SVMMARIVM. — Per experimenta affirmat Auctor omnem substantiam quae fermentari neque minui possit vi boleti *Candidae tropicalis* Cast. (stipitis A) ex saccharosio constare. Si, contra, vi boleti *Candidae Macedoniensis* Cast. utamur, inulinam obtinemus.

CASTELLANI A., *Observations on pathogenic fungi cultered on artificial media for 2, 3, 4 and 5 decades. Permanency and variations of certain cultural, biochemical and antigenic characters.*

Commentarii, vol. I, n. 29, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Cum post annum 1920 — contra quae antea opina-

bantur qui harum rerum sunt studiosi — multae observatae sint variationes ac mutationes fungorum, qui quidem arte producti sint, Auctor ex sua ipsius observatione in tres classes fungos, qui hominum sint, ut aiunt, parasitae, distribuit, distinguens:

a) fungos, quorum notae nihil vel minimum mutantur, etiam post aliquot annos culturae artefactae;

b) fungos, quorum notae possunt quidem mutari, vel gravissime; sed post certum tempus, quod plerumque diuturnum est, primigenias notas denuo acquirunt;

c) fungos, quorum notae ita mutantur, ut ad pristinam speciem numquam redeant.

CASTELLANI A., *The cultivation of pathogenic fungi in sterile distilled water.*

Commentarii, vol. I, n. 30, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Ex Auctoris indagationibus omnes fungi, qui homini sint patogeni — exceptis actinomycetis, quae iam nemo fungit adnumerat — posse vivere et crescere videntur, saltem per unum annum, in aqua distillata sterili; quodsi aqua semel in anno subrogetur, posse sine ullo fere temporis limite vivere.

Ex hac observatione nova eaque facilis ratio inventa est fungorum patogenorum conservandorum in mycologicis collectionibus.

CASTELLANI A., *Researches on certain long term recurring. Phenomena exhibited by some bacteria and fungi.*

Commentarii, vol. II, n. 9, pag. 1-8 (1966).

SVMMARIVM. — Facta quaedam describuntur, quae in nonnullis bacteriis et mycetis ex longis vel longissimis intervallis evenire solent, neque in mutatis loci aut nutrimenti circumstantiis causam habent.

Luculentum exemplum est in lactosio *Bacilli columbensis* Sast., quod, cum primum separatur, negativum (neque acidum neque vapor) est, et post temporis intervallum, quod plerumque longum est, subito fit positivum (et acidum et vapor); post paucos autem dies vel hebdomadas iterum negativum fit subito lactosium, itaque alternis semper vicibus negativo statui, qui fere semper per longum tempus permanet, positivus succedit status per breve plerumque temporis spatium, idque videtur sine fine accidere.

Eius microorganismi culturae haberi possunt ab ipsius Auctoris Instituto (Instituto de Medicina Tropical, Junqueira, Lisboa) et ab American Type Culture Collection, 12301 Parklawn Drive, Rockville, Maryland 20852, U.S.A.).

- CASTELLANI A., *Two peculiar pleomorphic slime organisms isolated from human lesions of most difficult classification: Myxomicrobium multiplex cast. and Myxogotrichum filarioides cast.* Commentarii, vol. II, n. 10, pag. 1-20 (1966).

SVMMARIVM. — Due describuntur organisma mucoida, quorum maxime variae sunt formae: coccoides, bacilloides, cryptococcoides, amoeboides, etc. Cum autem nulla ratione potuerint diversae formae separari, videtur non esse symbiosis. Mycologi et bacteriologi, quibus eiusmodi culturae missae sunt, putarunt nullum eas locum proprium habere in bacteriorum mycetorumque systemate, quo harum rerum periti nostra aetate uti solent: utilitatis causa Auctor alteri binomium proposuit *Myxomicrobium multiplex*, alteri autem *Myxogotrichum filarioides*.

Eorum microorganismorum culturae haberi possunt ex ipsius Auctoris Instituto (Instituto de Medicina Tropical, Junqueira, Lisboa) et ex American Type Culture Collection (12301 Parklawn Drive, Rockville, Maryland 20852, U.S.A.).

- CASTELLANI A., *Long term maintenance and cultivation of the common pathogenic fungi of man in sterile distilled water.* Commentarii, vol. II, n. 17, pag. 1-8 (1968).

SVMMARIVM. — Communiores hominis fungi pathogeni — praeter Actinomyces, qui tamen in fungis iam haberi non solet — et vivere et numero augeri, per annum saltem, possunt si in aqua destillata sterili ponantur; quod si in evaporatae aquae locum nova singulis annis subrogetur, et phialae sint omnino clausae, ii fungi per tempus tam longum, ut paene indefinitum videatur, vivere possunt.

- CASTELLANI A., *Presentazione* (ad opus: C. Manni, V. Russo, F. Salviucci, E. Scarscia - *Fisiologia dell'annegamento*). Scripta Varia, n. 29, pag. 1-334 (1970).

SVMMARIVM. — Academicus Pontificius A. CASTELLANI opus ab eo Academiae tradito commendare suo scripto non dubitat.

- CASTELLANI A. — Vide: GARNHAM, *Aldo Castellani* (1877-1971).

- CASTOLDI L., *Forze d'inerzia nei sistemi lagrangiani e loro carattere conservativo in taluni casi particolari.*

Acta, vol. XI, n. 5, pag. 63-70 (1947).

SVMMARIVM. — Ostendit Auctor virium inertiae proprietatem conservationis sub condicionibus opportune vinculis impositis.

CASTOLDI L., *Sulla generazione di vortici in fluidi perfetti « non omogenei » soggetti a forze di massa conservatrice* (cum 2 fig.).
Acta, vol. XI, n. 17, pag. 207-218 (1947).

SVMMARIVM. — Perpendit Auctor quid in theorematibus hydrodynamicis a LAGRANGE, THOMSON, HELMHOLTZ repertis mutandum sit, si applicari debeant ad fluentia perfecta non homogenea, quae conservativarum virium sollicitationibus obnoxia sint.

Conclusiones ad nonnulla facta, quae saepe evenire solent, applicantur.

CASTOLDI L., *Appunti per una teoria intrinseca delle variabili complesse sopra una superficie*.

Acta, vol. XI, n. 23, pag. 259-272 (1947).

SVMMARIVM. — Agit Auctor de functionibus analyticis in superficie ut tensoribus conceptis.

CATERINA DA SIENA (Sta). — Vide: TONIOLO G., *L'esame radiografico del cranio di S. Caterina da Siena* (cum 2 tab.).

CATTANEO C., *Attrazione newtoniana ritardata*.

Acta, vol. VI, n. 28, pag. 241-248 (1942).

SVMMARIVM. — Auctor, postquam exposuit investigationes, quae de possibili velocitate propagationis gravitatis in classica astronomia anteactis temporibus peractae sunt, duo simplicissima postulata ponit, e quibus eruit novam legis gravitationis expressionem, qua deterministici principium excluditur, seu novam gravitatis legem quae haereditaria nota pollet.

Demonstrat praeterea huiusmodi legem nihil fere, si superiores terminos negligas, differe a legibus, quibus ARMELLINI in suis cosmologicis investigationibus usus est.

CATTANEO C., *Azioni elastico-dissipative a ciclo d'isteresi ellittico*.

Acta, vol. IX, n. 14, pag. 139-156 (1945).

SVMMARIVM. — Legem quamdam elastico-dissipativam, quae iam enunciata est de harmonicis vibrationibus, Auctor extendit ad quoslibet motus.

Hac fretus lege quae experimentis innititur circa elasticam hyste-

resim peractis, breviter sed ordinata ratione generatim inquit de parvis oscillationibus, cum in systematis libertatis gradus finitos habentibus, tum etiam in systematis continuis unius vel plurium dimensionum.

CATTANEO C., SOMIGLIANA C., FINZI B., *La meccanica razionale e la fisica matematica nell'Italia settentrionale e in Svizzera dal 1939 al 1945*.

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945, n. 18, pag. 1-22 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli 1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinac cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summi modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summariu.

CATTANEO L., *La struttura del bulbo olfattivo* (cum 6 fig.).

Acta, vol. XIV, n. 14, pag. 153-168 (1951).

SVMMARIVM. — Auctor quaedam nova de bulbi, qui ad adoratum pertinet in mammalibus osmaticis, structura describit, et imprimis connexiones quae inter nervea bulbi elementa intercedunt.

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Cerveau et expérience consciente" ».

GAETA F., *Una caratterizzazione geometrica delle varietà aritmeticamente normali.*

Acta, vol. XII, n. 13, pag. 137-140 (1948).

SVMMARIVM. — Auctor determinat quae condicio necessaria sit, eademque sufficiat, ut ex eo quod systema lineare, a formis ordinis $l(\leq 2)$ super aliquam algebricam varietatem sectum, completum sit, concludi possit completum esse etiam systema quod secetur a formis ordinis $l-1$.

GALEAZZI-LISI R., *Sul sintomo cerebellare dell'adiadochocinesia.*

Commentationes, vol. VI, n. 12, pag. 577-598 (1942).

SVMMARIVM. — Auctor, postquam demonstraverit nondum perfectam adiadochocinesiae interpretationem ab auctoribus (inter quos A. THOMAS, GORDON, HOLMES et BABINSKI) datam esse, et exposuerit formas cerebellares vel extrapyramidales in quibus signum adest adiadochocinesia, doctrinae A. LUCIANI de cerebelli functionibus utens probat adiadochocinesiam originem habere in ipso cerebro tantum, eius causam esse fundamentalem distoniam, et inter eius componentia recensenda esse bradycinesiam, hypermetriam, arithmocinesiam, et asynergiam; ita ut patcat adiadochocinesiam esse phaenomenon minime simplex quod ideo producit quia musculares complexus a cerebellari directione seiungantur et tonigenis viribus subdantur, quae cerebelli frenis non iam compescantur.

GALEAZZI-LISI R., *Sul problema del sonno di origine corticale.*
(Nota riassuntiva).

Acta, vol. VII, n. 5, pag. 19-22 (1943).

SVMMARIVM. — Auctor, perpensis recentioribus de somno opinionibus, ostendit neque ex doctrina von ECONOMO (nunc apud doctos communiore), qua sommus habetur magnus reflexus hypothalamo-corticalis e centro quodam hypnico diencephalico ortus, neque ex aliis opinionibus hucusque prolatis, explicari posse omnia phaenomena quae ad somni physiopathologiam attinent.

Ex iis phaenomenis quae ita explicari nequeunt, Auctor concludit duplicem esse sedem ubi somnus oritur: diencephalum et cerebralem corticem; fuse praeterea disserit de somno corticalem habenti originem.

GALBURA G., *Sopra una certa equazione funzionale.*

Acta, vol. V., n. 3, pag. 7-14 (1941).

SVMMARIVM. — Quamdā aequationem functionalem, quam SEVERI in quibusdam geometricis quaestionibus invenerat, Auctor perscrutatur, definiens quid requiratur quidque sufficiat ut huius aequationis integrale (quod ipse determinat), positis generalioribus hypothesis, constituatur.

GALILEI G., *Miscellanea Galileiana (tribus confecta voluminibus).*

Scripta Varia, n. 27, vol. I-III, pag. 1-947 (1964).

SVMMARIVM. — Miscellanea haec tria complectitur volumina, quorum duo priora continent opus a PRO PASCHINI conscriptum quod « Vita

e opera di Galileo Galilei » inscribitur et cui praemissa est « EDMOND LAMALLE: Nota introduttiva all'opera ».

Tertium vero volumen duo continet opera: prius « VASCO RONCHI: Storia del cannocchiale », alterum « FILIPPO SOCCORSI: Il processo di Galilei ».

Miscellaneam hanc, decretam primum anno 1942 in commemoratione trecentenariae obitus Galilei, magnum tot gentium bellum inhibuit; sed anno 1964 quadragesimo anniversario eiusdem Galilei ortus recurrente Academiae Praesidi visum est iam conscriptum opus resumendum esse. Revisione igitur habita omnium plausu evulgatum est.

GALILEI G. — Vide: PASCHINI P., *Vita e opera di Galileo Galilei* (ex « *Miscellanea Galileiana* » tribus confecta voluminibus).

GALILEI G. — Vide: SOCCORSI F., *Il processo di Galileo* (ex « *Miscellanea Galileiana* » tribus confecta voluminibus).

GALLI M. e FRANZINI T., *Sull'effetto Einstein*.

Acta, vol. X, n. 7, pag. 95-98 (1946).

SVMMARIVM. — Auctores conati sunt novo experimento theoriam relativitatis confirmare iuxta quam lux corpore magna vi gravitatis attrahit emissam aliquantulum immutatur.

Item qua de causa hoc aliaque experimenta ad eundem finem perfecta incassum cesserint explicare nituntur.

GALLI M., *Su un possibile effetto ottico del movimento terrestre* (cum 3 fig.).

Acta, vol. X, n. 31, pag. 361-372 (1947).

SVMMARIVM. — Querit auctor num, adhibita formula quae exprimit Fresnelianum coefficientem tractionis, experimentum fieri possit, quo, aquae ac simili experimento a MICHELSON et MORLEY facto, ostendi queat non dubia repugnantia inter classici electromagnetismi leges et res atque eventus.

GALLI M., *Il principio di azione e reazione e le leggi dell'elettrodinamica* (cum 2 fig.).

Acta, vol. XIII, n. 15, pag. 201-212 (1950).

SVMMARIVM. — Auctor ostendere vult nonnullos physicos nuper

conatos esse defendere, sine validis rationibus, primariam legem circuituum electricorum ab Ampère statutam.

Speciatim autem disputat an validum sit in electrodynamica principium, quo actio et reactio inter se aequales dicuntur.

GALLI M., *Osservazioni critiche circa l'efficacia dimostrativa dell'esperimento di Kennedy.*

Acta, vol. XV, n. 4, pag. 47-56 (1952).

SUMMARIVM. — Auctor demonstrare vult quasdam hypotheses, quibus solent physici uti in interpretando experimento a MICHELSON olim peracto, non necessario praesupponi, si experimenta a MICHELSON et a KENNEDY facta inter se recta ratione (quae hic describitur) conferantur eorumque exitus recto examini subiciatur. Ex quo patet communes physicorum conclusiones novo efficaciore argumento confirmari.

GALLI M.E., ROLDAN A., RIETTI C.T., URGOITI E., HOUSSAY B.A., ASHAR E., DEL CASTILLO E., *Role of liver innervation on fat metabolism.*

Commentarii, vol. II, n. 3, pag. 1-8 (1966).

SUMMARIVM. — In sanguine canum, e quorum iecore nervi ablati sunt, lipida et quaedam acida (NEFA) aucta sunt. Chetonimia autem in canibus, quorum pancreas resectum est, gradatim augetur; minus autem, si a iecore nervi ablati sunt.

GALLI M.E., RIETTI C.T., HOUSSAY B.A., ROLDAN A.G., DEL CASTILLO E.J., *Role of the hypophysis on ketonemia and fatty liver of the pancreatectomized dog.*

Commentarii, vol. II, n. 33, pag. 1-8 (1970).

SUMMARIVM. — Hypophysectomia attenuat diabetem ex pancreatectomia provenientem; efficit etiam ut cetonemia non amplius augeatur, et ut iecoris pinguedo minuatur. Si in canem, qui hypophysectomiam et pancreatectomiam passus sit, hormo pituitarius incrementi iniectetur, et cetonemia et iecoris pinguedo (triglycerides) augentur. Cytosis in pancreatico diabete duas habet causas: a) insulinæ absentia; b) concurrentis et hypophysis (vel eius hormonis) et subrenis (vel eius hormonum) actio.

GALLO V., *Contributo citometrico allo studio della leucemia eosinofila* (cum 2 tab.).

Acta, vol. XI, n. 15, pag. 171-186 (1947).

SVMMARIVM. — In quodam leucaemiae eosynophilae (mixtae) examen citometricum peractum est de sanguine peripherico et medulla.

Quod attinet ad neutrophilam seriem, quaedam citometricae mutationes repertae sunt, quarum nonnullae respondent mutationibus antea repertis in leucaemia myeloide neutrophila; quo confirmari potest mixta leucaemiae indoles (ex neutrophilia et eosynophilia simul), quam diversa ratione ipsi ASTALDI et CURTI ostenderunt.

Quod autem attinet ad seriem eosynophilam, nulla citometrica mutatio, quae percipi potest, inventa est, si excipias maiorem interdum dispersionem curvaturae qua exprimitur frequentia diametrorum ad immaturas series pertinentium.

GALLO V., *Ricerche di citometria sui granulociti eosinofili periferici* (cum 2 fig.).

Acta, vol. XI, n. 16, pag. 187-206 (1947).

SVMMARIVM. — Citometricum examen granulocytorum eosynophilorum periphericorum peracta est, per diametri quingentorum elementorum mensionem, aequa ratione distributorum, in decem casibus.

Ita supputatae sunt praecipuae biometricae constantes, et functio critica Pearsoniana.

Quaesitae etiam sunt causae, quibus diversitas inter diametra habetur.

Postremo investigatum est de mutua necessitudine inter diametrum et gradum segmentationis nuclearis.

GARAVALDI O., *Sulle proprietà cardinali dei sistemi ottici. Saggio di una trattazione sintetica* (cum 6 fig.).

Commentationes, vol. VI, n. 15, pag. 631-656 (1942).

SVMMARIVM. — Nova methodus exponitur, qua generales opti-
corum systematum acuationes, syntetica geometrica ratione, deducuntur
e systemate quod intra certum angulum visuale finitum carrectas det
imagines; qua ratione relationes quoque eruuntur, in quibus interveniant
indices refractionis mediorum extremorum; praeterca ratio demonstratur
qua ulterius progredi licet, si peculiaris uniuscuiusque systematis consti-
tutio proprie attendatur.

GARCÍA G., *Reducción de las ecuaciones pendulares à la ecuación de V. Volterra de segunda especie.*

Ata, vol. IV, n. 18, pag. 147-154 (1940).

SVMMARIVM. — De motu pendulari alicuius puncti super genericam lineam curvam non planam agens, Auctor, sumptis aequationibus iuxta suetam in dynamica formam, demonstrat harum resolutionem reduci ad solutionem aequationis integralis typi Volterra secundae speciei; quam resolutionem revera obtinet.

GARCÍA DE LA BANDA J.F., *Some aspects of the electronic factor in chemisorption on semiconductors.*

Scripta Varia, n. 31, pag. 475-518 (1967).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur les "Forces Moléculaires" ».

GARCÍA SIÑERIZ J., *Investigación sísmica en Noreña (Asturias) (cum 3 tab.).*

Commentationes, vol. XII, n. 3, pag. 101-124 (1948).

SVMMARIVM. — Auctor exponit carbonem fossilem in regione Noreña (in Asturia) varia altitudine iacere, non autem tanta ut extrahi utiliter non possit; locumque, ubi carbo adsit, facile cognosci posse per unam explorationem non infra 600 metra, propre flumen Nora.

GARCÍA SIÑERIZ J., *La reducción topográfica en la prospección con gravímetro.*

Commentationes, vol. XIV, n. 6, pag. 221-237 (1950).

SVMMARIVM. — Computat Auctor systema zonarum circularium quae ita in regiones sint divisae, ut si aequa sit densitas et altitudinis inaequalitas inter stationem et eas regiones, omnes hae regiones eandem gravitatis vim in stationem exercent.

E quo potest Auctor formas delineare perlucidas, quibus dignoscere licet utrum area apta sit, quae per gravimetrum prospiciatur.

GARCÍA SIÑERIZ J., *Aplicaciones científicas y utilitarias de los mapas gravimétricos.*

Commentarii, vol. I, n. 33, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Exponit Auctor quid ad scientiam et ad usum valeant geographicae tabulae quae gravimetricae dicuntur.

GARNHAM P.C.C., *Bat malaria: zoogeography and possible course of evolution.*

Commentarii, vol. II, n. 44, pag. 1-16 (1972).

SYMMARIUM. — Auctor problemata de distributione februm illarum quam « malaria » (malus aër) vocari solent, in chiropteris exponit et discutit. Infectio in mundo antiquo frequens est, in novo vix nota. Pauca tamen exempla polychromophilorum in America nota sunt, quod naves chiroptera infecta aut ex Europa aut Africa recenter importaverunt. Nihilominus evolutionem chiropteorum, nycteribiorum, polychromophilorum tempore tertiano probabiliter coepisse dicunt.

GARNHAM P.C.C., *Aldo Castellani (1877-1971).*

Commentarii, vol. II, n. 45, pag. 1-36 (1972).

SYMMARIUM. — Agitur de publico praeconio quod Auctor — cum Sessio Plenaria Pontificiae Academiae Scientiarum haberetur — die 13 Aprilis 1972 recitavit.

GARUTI L. e SCACCINI A., *Contributo allo studio della base morfologica della secrezione interna del testicolo negli uccelli (cum 1 fig.).*

Acta, vol. XI, n. 1, pag. 1-8 (1946).

SYMMARIUM. — Conferentes nonnullas inaequalitates in externis sexualibus notis cum testiculorum histologico adpectu, Auctores negant internam testiculorum secretionem in *Gallo domestico* ex interstitiali textura oriri.

GATTERER A., *Spektralreines Eisen (cum 3 tab.).*

Commentationes, vol. I, n. 3, pag. 77-88 (1937).

SYMMARIUM. — Varias species ferri pro usu spectroscopico specialiter depurati analysi spectrali examinantur, unde colligitur multa adhuc aliena elementa illis admixta esse. Hinc inde methodi depurationis hucusque adhibitae crisi subijciuntur simulque ostenditur via, quae ad obrinendum spectrum purissimum ferri ducit.

GATTERER A. und JUNKES J., *Ueber den Steinmeteoriten von Rio Negro (cum 3 tab.).*

Commentationes, vol. IV, n. 6, pag. 191-224 (1940).

SYMMARIUM. — Meteorita, quae cecidit Rio Negro in Brasilia, chimicae analysi quantitativae subicitur.

Elementa rariora in ea contenta analysi spectrochimica secundum methodum Rivas-Scheibe ad hunc finem adaptatam determinantur.

GATTERER A., JUNKES J., ROLLA L., PICCARDI G., *Sugli spettri d'arco delle miscele Neodimio-Samarium* (cum 1 fig. et 4 tab.).

Commentationes, vol. VI, n. 5, pag. 385-420 (1941).

SVMMARIVM. — Brexi exposita historia materialis neodymiferi quod subiectum est longissimo processui cristallisationis fractionariae secundum methodum « bromatorum », auctores describunt inquisitionem spectro-analyticam circa idem materiale resultans post 56.000 cristallisationum.

Quae inquisitiones peractae sunt arcu galvanico adhibito quoad campum visibilem et ultravioleum.

Comparatione facta variarum fractionum et inter se et cum purissimis exemplis terrarum rararum hodie existentibus elucet in fractionibus inter Neodymium et Samarium sitis apparere Gadolinium idque solum. Ne vestigium quidem alius elementi detegitur neque cogniti neque incogniti et in specie nullibi signum vel levissimum elementi 67.

GATTERER A., *Spektrochemie die Wichtigsten Spektrochemischen Veröffentlichungen in Deutschland aus den Jahren 1939, 1940, 1941 und 1942.*

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945, n. 2, pag. 1-22 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli 1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summi modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

GATTO F. e BORDONI P.G., *Isteresi apparente delle macchine per la prova dei materiali* (cum 3 tab. et 11 fig.).

Commentationes, vol. XII, n. 6, pag. 261-304 (1948).

SVMMARIVM. — In machinis ad materias probandas destinatis, attributus partium mobilium errores parit in mensione, ex quibus hysteresis in ipsis machinis inesse simulatur.

Ex mensionibus, quae per peculiarem dynamometrum nuper apud Institutum Nationale Electroacusticae effectum peractae sunt in machinis diversi generis, cycli apparentis hysteresis probari potuerunt, eorumque magnitudo et signum determinari, ac praeterea explorari causae quae in diversis casibus gignunt cyclos signi positivi vel negativi vel cyclos intextos.

GEMELLI A., *Nuovo contributo alla conoscenza della struttura delle vocali* (cum 9 tab. et 20 fig.).

Commentationes, vol. I, n. 1, pag. 1-43 (1937).

SVMMARIVM. — Auctor, vocales inquirere pergens, adhibita praecipue notatione tubi cathodici, pressius ac subtilius ipsam vocalium structuram describit.

In primis id confirmat et perficit, quod praecedentibus commentationibus demonstraverat, id est omnes vocales ad tres typos redigi posse, *a, i, u*, quorum quisque per se stat neque ad alios alium referatur.

Demonstrat praeterea quibus variationibus afficiantur vocales ex eo quod in sermonis vocabulis contineantur, quae sunt: *a*) variatio numeri periodorum typicarum; *b*) variationes earum mensurae s. temporis; *c*) variationes earum implicatae structurae; *d*) variationes tonicae et hypertonorum necnon arcarum resonantiae et intensionis sonorae.

Quarum rerum ex coniunctione species et structura nascitur omnium vocalium quae sunt in hominum sermone ac varia in fisdem delabendi ratio et elementorum implicatio.

GEMELLI A. e SACERDOTE G., *Un metodo per l'analisi statistica della intensità sonora del linguaggio* (cum 4 tab. et 12 fig.).

Commentationes, vol. V, n. 9, pag. 570-604 (1941).

SVMMARIVM. — Auctores describunt electroacusticam methodum, qua sonituum maior minorve vis statistica ratione perpendi possit; eaque methodus quomodo ad physiologicum, psychologicum et phoneticum vocum studium adhiberi possit exponunt.

GEMELLI A., *Adriano Carlo Maria Noyons* (1878-1941) (cum 1 tab.).

Acta, vol. VI, n. 22, pag. 193-208 (1942).

SVMMARIVM. — Agitur de publico praeconio quod Auctor in Academiae Sessione die 6 iunii anno 1942 perlegit.

GEMELLI A. e TRABATTONI C., *Un elettroencefalografo a penna scrivente a inchiostro per uso clinico* (cum 2 fig. et 6 tab.).

Commentationes, vol. VI, n. 13, pag. 599-606 (1942).

SVMMARIVM. — Auctores describunt electroencephalographum quo variationes potentialis corticis cerebri (undae alpha) calamo et atramento scribi possunt.

Hoc instrumento scribi possunt variationes potentialis quae e plu-

ribus simul cerebri locis eruantur; ex quo perspicui potest quomodo huiusmodi potentialis variationes (undae alpha) propter cerebri morbos (ut tumores, etc.) mutantur.

Accedit quod hoc instrumento undae alpha per plures horas sine intermissione scribi possunt; quod omnino necesse est, ex. gr., ut quis comitalem morbum investigare possit.

Exponunt Auctores quomodo instrumentum extrui possit et demonstrant quam fideles sint notationes ipsius ope peractae.

GEMELLI A., TRABATTONI C., MICALE R., *Il meccanismo della percezione in profondità, differenze individuali, metodi per l'accertamento di esse* (cum 36 fig. et 1 tab.).

Commentationes, vol. VII, n. 19, pag. 545-672 (1943).

SVMMARIVM. — Profunditatis perceptio, cum oriatur ex disparatione retinicarum imaginum et directionibus visivis oculorum (convergentia), pati potest mutationem gradus propter influxus secundarios.

Quo posito, Auctores rationem invenerunt, qua influxus secundarii aboleri, et singulares differentiae acuminis stereoscopici determinari possint ex morphologicis et functionalibus differentiis apparatus visivi.

Nova haec ratio idonea est ad seligendos homines, qui profunditatis effectum discernere debent sive suis oculis sive instrumento: singulorum enim differentias, quod ad stericum acumen, ostendit.

GEMELLI A., *Nota preventiva sul meccanismo d'azione delle corde vocali nella fonazione.*

Acta, vol. IX, n. 7, pag. 69-74 (1945).

SVMMARIVM. — Auctor summam exponit permultorum experimentorum (de quibus fusius in alia commentatione ager), quae ideo perfecit, ut interpretetur qua ratione chordae vocales in phonatione efficienda operentur.

Opinatur auctor largugem veluti oscillatorem se gerere, qui agit ex eo quod vocales chordae operiuntur vel clauduntur; attenuatis autem vibrationibus, quae a larynge oriuntur, superponuntur supertoni quos pharynx et os praestant.

GEMELLI A., HSIAO P.S.Y. e RADUSCEV, *Contributo all'analisi dei movimenti della scrittura* (cum 22 tab.).

Commentationes, vol. XII, n. 1, pag. 1-68 (1948).

SVMMARIVM. — Huius memoriae auctores, varia inquirendi ratione usi, penitus inspexerunt quo modo litterarum notae imprimantur a

scribentibus in diversis conditionibus positis dissimiliterque instructis, aliis aliam litterarum peritiam habentibus, ut observando atque inspicendo quo modo scribant, ipsi percipere potuerint causas psychológicas quae in scripturam influunt eique peculiare quoddam et proprium conferunt.

Auctores demonstrant cuique homini esse modum quemdam scribendi proprium atque constantem.

Hunc modum manifestum faciunt notae hae: scribendi velocitas, amplitudo atque characteres singularum partium litterarum earumque inter se similitudo, ductus uniformis et congruens in effigendis litteris et litterarum partibus, vis denique qua quisque manum in scribendo gravat ac premit, rithmus, etc.

Scriptura subiecta est fini (quem *Aufgabe* Germani psychologi vocant) cui scriptor intendit; in eam tamen et aliae causae rationesque influunt, quarum quaedam sunt communes et, ut ita dicamus, universales, quaedam vero singulares et partiales.

Universales hae sunt praesertim: exercitium, consuetudo, imitatio, quae omnes sua natura differentias obtundunt; singulares vero sunt: mutabiles scribentis affectus, eius intentio scribendi uno modo et non alio, omnes denique causae fortuitae quae personam cuiusque scribentis eiusque notam propriam mutare possunt.

Notae vero psychológicas quae in scripturam influunt sunt: primus motus (quem Germani psychologi *Antrieb* vocant, stimuli, adiumenta subsequenter *Anregung*).

Quibus omnibus consideratis patet scripturam esse individuum quoddam cuiusque personae demonstrativum, quod notas suas servat non obstantibus causis variis quibus interdum vel impeditur, vel mutatur, vel variatur in actu.

Consentiunt denique huius memoriae Auctores cuiusque scribentis scripturam suas proprias notas habere; at negant necessarium esse, ad hanc rem explicandam, quidquam extare quod animum moveat.

Affirmant vero varias animi permotiones scribentium manum atque scripturae ductum mutare, non adeo tamen ut id quod cuiusque proprium sit deleant omnino.

GEMELLI A., *Préface* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Le problème biologique du cancer »*).

Scripta Varia, n. 7, pag. 364 (1949).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est Voluminis praefatio, quo, praeter Relationes, collectae sunt, Cancellarii cura, omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus scientificis conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

GEMELLI A., *La strutturazione psicologica del linguaggio studiato mediante l'analisi elettroacustica* (cum 30 tab.).

Scripta Varia, n. 8, pag. 1-54 (1950).

SVMMARIVM. — Electronicis instrumentis investigavit Auctor quae sint notae singulorum phonematum, quae sint eorum variationes, si variet eorum munus in verbis, et si variet vis verborum et locutionum et periodorum; ita ut quibus legibus psychologicis regatur loquelae structura indagari iam possit.

GEMELLI A., *Prefazione* (ad opus: E. Valentini - *Tendenza aggressiva e accertamento precoce del sesso nel pavoncello*).

Scripta Varia, n. 9, pag. 9-10 (1951).

SVMMARIVM. — Academiae typis edendum opus, quod ut supra dictum est inscribitur, Academicus AUGUSTINUS GEMELLI proposuit, et hac de re rationem affert suo ipsius scripto quo volumen incipit.

GEMELLI A., SACERDOTE G., BELLUSSI G., *Analisi elettroacustica della voce cantata* (cum 1 fig. et 19 tab.).

Commentationes, vol. XVI, n. 2, pag. 21-44 (1954).

SVMMARIVM. — Hac prima critica dissertatione Auctores omnia quae in suis investigationibus de voce cantata invenerint produunt, demonstrantes quibus methodis modisque possit inquisitio ipsa quam utilissime ad finem perducere atque peculiaris investigationis suae proferentes exempla.

Quibus exemplis patet vocem cantatam quoddam esse factum neque simplex neque simpliciter determinandum, sed potius multiplex, compluribus elementis compositum, necnon diversis causis subiectum adeo ut impossibile.

GEMELLI A., SACERDOTE G., BELLUSSI G., *Nuovi contributi elettroacustici allo studio del canto* (cum 11 tab.).

Commentationes, vol. XVII, n. 1, pag. 1-16 (1956).

SVMMARIVM. — Auctores, ampliando eas investigationes quas in Commentationibus XVI, n. 2, anno 1954 exposuerant, hic exponunt quid compererint in eadem Massenetiana locutione (« Vi manchi tu, Manon ») examinanda — sive per directam sive per grammophoniam

incisionem seu registrationem — a decem canentibus prolata (inter quos sub numero 10 notatur Caruso).

Comparatis inter se intensitatibus, frequentitiis, harmonicis timbrorum compositionibus, vibratibus, Auctores per electroacusticae artis methodos potuerunt uniuscuiusque ex decem illis canentibus notas proprias percipere.

Hac incisione seu registratione, quae maxime exacta est et accurata, potest plane constare quae sint notae quibus vox alicuius canentis parit effectum harmonicum, qui auribus est gratus.

His autem methodis via aperta est et ad singulorum canentium examen seu diagnosim, quam vocant, et ad addiscendi processus, idque fit per participationem ad aetheoticos effectus earum causarum quae in unoquoque canente operantur.

GEMELLI A., *Pietro Rondoni*.

Acta, vol. XVI, n. 15, pag. 139-142 (1957).

SUMMARIVM. — Agitur de publico praeconio quod Auctor in Academiae Sessione die 20 mai anno 1957 perlegit.

GEMELLI A. — Vide: SEVERI F., *La Pontificia Accademia delle Scienze e Padre Agostino Gemelli*.

GEMELLI A. — Vide: SEVERI F., *L'Académie Pontificale des Sciences et le Père Agostino Gemelli*.

GEMELLI A. — Vide: MICHOTTE VAN DER BERCK, *Panegyrique du Rév.me Père Agostino Gemelli O.F.M.*

GEMELLI A. — Vide: MARINI-BETTÒLO G.B., *Ricordo del Padre Agostino Gemelli*.

GEMELLI A., Vide: MONTINI G.B., *L'estremo commiato*.

Editio extra seriem, pag. 9-14 (1969).

SUMMARIVM. — Vide paulo inferius Summarium sub eodem titulo. Haec originalis italica editio caret translationibus gallica et anglica.

GEMELLI A., *Secretum meum mihi*. — Vide: SALVIUCCI P., *Mnemosynon*.

Editio extra seriem, pag. 15-28 (1969).

SVMMARIVM. — Vide paulo inferius Summarium sub eodem titulo.
Haec originalis italica editio caret translationibus gallica et anglica.

GEMELLI A., *Il testamento del Padre*. — Vide: SALVIUCCI P., *Mnemosynon*.

Editio extra seriem, pag. 28-38 (1969).

SVMMARIVM. — Vide paulo inferius Summarium sub eodem titulo.
Haec originalis italica editio caret translationibus gallica et anglica.

GEMELLI A., *Notice biographique*. — Insertum in volumine:
SALVIUCCI P., *En mémoire du Rév. Père Agostino Gemelli à l'occasion du dixième anniversaire de sa mort*.

Editio extra seriem, pag. 73-76 (1969).

SVMMARIVM. — Vide paulo inferius Summarium sub eodem titulo.
Haec editio caret translatione anglica.

GEMELLI A., *Essai bibliographique du Père A. Gemelli*. — Insertum in volumine: SALVIUCCI P., *En mémoire du Rév. Père Agostino Gemelli à l'occasion du dixième anniversaire de sa mort*.

Editio extra seriem, pag. 77-108 (1969).

SVMMARIVM. — Vide paulo post sub eodem titulo.

GEMELLI A., Vide: OLGIATI F., *Le fondateur de l'Université Catholique du Sacré-Coeur*.

GEMELLI A., « *Secretum meum mihi* ».

Scripta Varia, n. 34, pag. 25-58 (1970).

SVMMARIVM. — Rursus, Academiae Cancellarii cura et grato animo, editur vetus hoc Patris AUGUSTINI GEMELLI scriptum italice confectum, quod inscribitur « Il mio contributo alla filosofia neoscolastica ». [Pub-

blicazioni dell'Università Cattolica del Sacro Cuore, Serie I, Scienze filosofiche. Vol. VIII, cap. II, pagg. 11-20 (1926)].

Ex hoc scripto colligi potest qui fuerit eius mentis ac spiritus progressus et cursus in philosophica speculatione.

Sequuntur translationes gallica et anglica.

GEMELLI A., *Il testamento del Padre.*

Scripta Varia, n. 34, pag. 59-78 (1970).

SVMMARIVM. — Editur primum, Academiae Cancellarii cura et composito animo AUGUSTINI GEMELLI testamentum quod desideratissimus Pater scripsit die festo Paschae anni 1926.

Sequuntur translationes gallica et anglica.

GEMELLI A., *Notice biographique.*

Scripta Varia, n. 34, pag. 211-222 (1970).

SVMMARIVM. — Brevis gallice biographia editur, cum translatione anglica, Patris AUGUSTINI GEMELLI, primi Praesidis a Pio Papa XI renuntiati Pontificiae Academiae Scientiarum ubi ad extremum vitae diem in eodem mansit munere.

GEMELLI A., *Essai bibliographique du Père A. Gemelli.*

Scripta Varia, n. 34, pag. 223-264 (1970).

SVMMARIVM. — Bibliographia paene integra editur Patris AUGUSTINI GEMELLI iuxta Academiae Cancellarii cognitionem.

GEROLA F.M., *Sull'origine degli elementi legnosi nel Caule.*

Acta, vol. X, n. 9, pag. 107-110 (1946).

SVMMARIVM. — Postquam breviter exposuit quid plantarum texturae efficere possint quod attinet ad novam ipsarum texturarum generationem, Auctor perpendit ea quae necessaria sunt ut lignum in caule nascatur, et ostendit quam naturam et quas conductionis vias habeat stimulus differentians xilematis.

GEROLA F.M., *Gli acidi nucleinici nella gamotogenesi vegetale.*

Commentationes, vol. XIII, n. 1, pag. 1-76 (1949).

SVMMARIVM. — Refert Auctor de praecipuis locis in quibus acidi nucleici inveniuntur et disserit de eorum momento quoad processu

maturitatis gametorum et cellularum ad ipsos speciatim pertinentium; proponit insuper theoriam quamdam qua possit propemodo explicari quomodo in interiori nucleo mutetur substantia, nucleolaris et heterochromatica.

GEROLA F.M., *Il metabolismo proteico nel processo fecondativo e nella embriogenesi delle angiosperme.*

Commentationes, vol. XIV, n. 1, pag. 1-96 (1950).

SYMMARIVM. — Aptis rationibus Auctor determinat chinismum cellularem in processibus fecundativis et in embriogenesi, multa afferens utilia ad intelligendam physiologicam operationem earum cellularum, quae in iis processibus partem habent.

GERRETSEN F.C., *Manganese deficiency in relation to soil conditions.*

Scripta Varia, n. 14, pag. 105-120 (1956).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des oligo-éléments dans la vie végétale et animale" ».

GERRETSEN F.C., *Boron, an essential element for azotobacter and some other microorganisms.*

Scripta Varia, n. 14, pag. 233-244 (1956).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des oligo-éléments dans la vie végétale et animale" ».

GHERZI E., *The period of the group-microseisms.*

Scripta Varia, n. 12, pag. 1-18 (1952).

SYMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

GHERZI E., *Etat actuel de nos connaissances des cyclones tropicaux.*

Commentarii, vol. 1, n. 17, pag. 1-20 (1962).

SYMMARIVM. — Breviter exponit Auctor praecipua quae nunc cognoscuntur vel investigantur de tropicalium turbinum thermodynamica;

nunc enim eorum geometria et natura molto melius perspecta est, quam ante alterum totius orbis bellum, cum auxilia maxima venerint ex velivolis speculatoriis Americanis et ex imaginibus photographis per satellites Tiros effectis.

GHERZI E., *Note on the reception at Brébeuf College in Montreal of pulses from distant Loran stations on the Atlantic Coast.*

Commentarii, vol. II, n. 1, pag. 1-8 (1966).

SVMMARIVM. — Receptio stationis Loran (1,95 MHz) ultra horizonta ostendit, ut videtur, stratum ionosphaericum D celerius sub solis occasum dissolvi vel deminui quam sole exoriente restaurari. Magneticae tempestates, etsi magnam vim habent in strata E et F ionosphaerae, non tamen impediunt ne stratum D formetur aut dissolvatur.

GHERZI E., *Note on the reception at Montréal of a continuous wave radio transmission on 80 kHz from the Defense Research Communications Establishment in Ottawa, Canada.*

Commentarii, vol. II, n. 16, pag. 1-16 (1968).

SVMMARIVM. — Complura animadvertuntur de radiophonica transmissione undae continuae 80 kHz, quae a statione Defense Research Telecommunications Establishment, prope Ottawa, facta est et in geophysico Collegii Jean de Brébeuf observatorio, prope Montréal, recepta est.

GHERZI E., *A meteorological forecasting puzzle.*

Commentarii, vol. II, n. 32, pag. 1-8 (1970).

SVMMARIVM. — Auctor quaesivit num in menstruis caloris variationibus per longum annorum spatium observatis talis comperiat regula, ex qua possint in futuros annos similes menstruae caloris variationes conici.

GHERZI E. S.J., *A short note on atmospheric pollution and atmospheric electricity.*

Commentarii, vol. II, n. 41, pag. 1-8 (1972).

SVMMARIVM. — Auctor ostendit cur non omnia recte successerint in investigationibus de correlatione inter universam aëris pollutionem et electricae currentis densitatem inter aërem et orbem terrarum.

GHIGI A., SIEMONI T., FATTOVICH R., GRANDI M., *Genetica e morfologia dell'ernia cerebrale di alcune razze di polli* (cum 63 fig. et 13 tab.).

Commentationes, vol. VI, n. 4, pag. 223-384 (1941).

SVMMARIVM. — Commentatio haec in quinque dispartita est capita:

I. - Proemium (ALEXANDER GHIGI), quo pullorum Patavinorum generales memorantur notae praecipuae eorumque antiquitas commemoratur.

II. - Herniae cerebrales pullorum quae sint natura ac forma, quo illa modo crescat (THERESIA SIEMONI), simulque anatomia atque praese-minatio vel embryo tum cerebri hernia praediti tum communis comparate investigantur. Qui medius sit status describitur, ique inaequalis. Quomodo, in ipsis primordiis augeatur cerebrum.

III. - Qua ratione se habeat hernia illa cerebrales in grege hybridi generis pullorum (ROMILDA FATTOVICH), ac simul quaedam de biometria, quae appellatur, pervestigantur.

IV. - Selectione peracta, quae sit eius vis atque effectus in herniam cerebralem et in corporis pondus duabus in hybridi generis gregibus hernia cerebri praeditis et corporis pondere tenui (MARTHA GRANDI).

V. - Rursus herniae cerebrales indagantur ossa, deinde os inter maxillas interiectum, tum verticis capillus (ALEXANDER GHIGI). De masculinis plumis verticisque capillo in feminina convertendis. Postremo generali ratione disputatur quid sit concludendum de polymeria, de inaequalitatibus, de rationibus quibus herniae cerebri cum aliis notis conveniant vel differant, de novis hybridi efficiendis stirpibus.

GHIGI A., *Comportamento della mutazione obscurus di Chrysolophus pictus nell'ambiente genico di C. amherstiae*.

Acta, vol. XI, n. 13, pag. 157-160 (1947).

SVMMARIVM. — Auctor marem *Chrysolophum pictum obscurum* cum foemina *C. amherstiae* permiscet et ostendit magni momenti immutationes fenotypicas quae in secunda generatione exsurgunt.

GHIGI A., *Ibridi fra Crossoptilon e Gennaeus* (cum 3 tab.).

Acta, vol. XI, n. 14, pag. 161-170 (1947).

SVMMARIVM. — Describit Auctor hybrida animalia ex *Crossoptilon mantchurico* et *Gennaeo beli* × *lineato* procreata et ostendit differentias secundarias, sed tantum tenuatas, in illis quoad sexum adesse.

Hybridi mares fecundi, hybridae foeminae vero steriles sunt, quarum dimidia pars ova non ponit et altera ponit ova parva quae fecundari nequeunt.

GHIGI A., *Una nuova razza di fagiano dorato doppiamente recessiva.*

Commentarii, vol. I, n. 4, pag. 1-4 (1961).

SVMMARIVM. — Auctor novam phasianorum familiam dihybridam experiendo invenit quam *Chrysolopham pictam infuscatam* appellat.

GHIGI A., *La protection de la nature dans la lutte contre la faim.*

Commentarii, vol. II, n. 18, pag. 1-8 (1968).

SVMMARIVM. — De hominis actione in rerum naturam deque hominum numero in dies crescenti. Quomodo res naturales ad hominis vitam necessariae augeri possint pro crescenti hominum numero.

GHIGI A. — Vide: HÖRSTADIUS S. O., *Alessandro Ghigi (1875-1970).*

GHIRARDELLI E. e CRICCA-GORDINI L., *Raccolte faunistiche compiute nel Gargano da Ghigi A. e Pomini F.P.: 1. Molluschi (cum 13 fig. et 1 tab.).*

Acta, vol. XII, n. 7, pag. 41-56 (1947).

SVMMARIVM. — Recensent Auctores species molluscorum, qui collecti sunt in monte Gargano ab Academico Pontificio A. GHIGI et Doctore F. P. POMINI, Singillatim describuntur quinque nationes *Cyclotomatis elegantis*, quae in Italia inferiore, media, et superiore inveniuntur, quaeque inter se parum differunt metricis notis, sed magnas diversitates habent in periostraco.

GHIRON M., *Studi sugli enzimi respiratori (Ossidasi-Deidrogenasi).*

Acta, vol. VIII, n. 3, pag. 11-18 (1941).

SVMMARIVM. — Hac Nota Auctor exponit experimenta et investigationes super quodam enzimate dehydrogenanti (quod diu durare potest) peractas, quod enzima ipse e variis internis organis seiunxit, quodque simili modo operatur atque insulina, glycaemiam in hominibus et animalibus multum minuens.

GHIRON M. e RECCHIA F., *Sull'attività glicolitica in aerobiosi, in vitro, di preparazione di fegato di maiale* (cum 2 fig.).

Acta, vol. XIV, n. 11, pag. 117-128 (1951).

SUMMARIVM. — Quadam adhibita suilli iecoris praeparatione (P.E.), in qua iam cellulae epaticae agnosci nequeunt (est enim liquor, qui, si centrifugetur, ostendit tantum minimas formas fere rotundas, quae anilinae coloribus tingui possunt), Auctores et *in vivo* et *in vitro* demonstrarunt glycolithicam huius praeparationis (P.E.) vim.

Putant autem Auctores, quamquam nondum audent de natura earum formarum quidquam certius asserere, in ea praeparatione inesse enzima cellulae epaticae propria (quae glycidos oxydare possunt), dummodo optimis coondicionibus se habeat (elus enim vis evanescit decursu temporis, vel si oxygenium adsit, eademque calore cessat).

GHIRON M., *Sull'azione ipoglicemizante di un estratto di fegato di maiale in conigli normali ed in conigli con diabete allosanico*.

Acta, vol. XIV, n. 12, pag. 129-142 (1951).

SUMMARIVM. — Cum investigaverit Auctor quid fiat de glycaemia, in cuniculis sanis et in cuniculis diabete alloxanico effectis, si per venas immittatur enzymaticum suilli iecoris extractum (E.E.), observavit primum glycaemiam celeriter diminui, mox autem ita augeri ut post duas horas eadem fere sit quae initio. Cum autem inter se compraverit effectum E.E. et effectum insulinae, deque amborum commixtione inquisiverit, opinatur per commixtionem E.E. et insulinae valde augeri utriusque extracti (pancreatici et epatici) vim glycolithicam.

GHIRON M., *Sulla conservabilità delle aminoacidossidasi ed aminosidasi della corteccia renale* (cum 2 tab.).

Acta, vol. XVI, n. 5, pag. 37-48 (1954).

SUMMARIVM. — Auctor ex suis ipsius inquisitionibus concludit posse renalis corticis aminoacidoxidasim et aminovidasim servari, si talis ratio adhibeatur qua et proteicae enzymorum moleculae a qualibet mutatione sint immunes, et enzima in aliquo medio teneatur quod enzymaticam actionem impediat (quod impedimentum iam cessabit, pH medii aliisque condicionibus mutatis).

GHIZZETTI A., *Analisi matematica in Italia nel campo complesso.*
(Dal 1939 al 1945).

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945,
n. 5, pag. 1-36 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli
1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summari modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

GHIZZETTI A., CINQUINI S., AMERIO L., *Analisi matematica in Italia nel campo reale.* (Dal 1939 al 1945).

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945,
n. 22, pag. 1-86 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli
1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summari modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

GIACCHERO E. e LEVI F., *Conferme sperimentali della teoria di Colonnetti su l'equilibrio elasto-plastico* (cum 1 fig. et 1 tab.).

Acta, vol. III, n. 7, pag. 53-57 (1938).

SVMMARIVM. — Auctores breviter exponunt quid ex experimentis peractis ad comprobendam theoriam Colonnetti invenerint.

GIACCHERO E. e PIZZETTI G., *Su la possibilità di un razionale impiego delle leghe leggere nella nuova tecnica del cemento armato* (cum 9 fig.).

Commentationes, vol. VI, n. 9, pag. 501-524 (1941).

SVMMARIVM. — Quaerunt auctores an et quatenus armaturae seu fulturae in caemento armato praecompresso ex levibus mixturis fieri possint.

GIACOMELLO G., *Le analisi Patterson e Fourier applicate allo studio della costituzione delle sostanze organiche complesse* (cum 7 fig.).

Commentationes, vol. II, n. 11, pag. 411-437 (1938).

SVMMARIVM. — A. ostendit principium cui innititur analysis structurae applicans series Patterson et Fourier.

Quibusdam adductis exemplis, quorum nonnulla ex suis ipsius investigationibus desumpta sunt, ipse huius methodi utilitatem exhibet, pro studio constitutionis substantiarum organicarum quae complexae dici possunt (ut sunt sterinae, terpeni, etc.).

Exemplo etiam ostendit quomodo analysis structurae terpenorum peragi possit.

GIACOMELLO G., *Presentazione* (ad opus: E. Malizia, M. Di Lorenzo, L. Torbidoni - *Myastenia gravis; rivista sintetica e studio patogenetico*).

Scripta Varia, n. 26, pag. 5-6 (1963).

SVMMARIVM. — Academiae typis edendum opus, quod ut supra dictum est inscribitur, Academicus IORDANUS GIACOMELLO proposuit, et hac de re rationem affert suo ipsius scripto quo volumen incipit.

GIACOMELLO G., BRUFANI M., FEDELI W., VACIAGO A., *La struttura di una nuova categoria di composti aromatici derivati del tetraazapentalene*.

Commentarii, vol. I, n. 34, pag. 1-8 (1963).

SVMMARIVM. — Auctores exponunt quamnam molecolarem structuram, quam per röntgencrystallographiam ipsi determinarunt, habent aromatica illa composita, quorum generalis formula est $R_1R_2[C_4N_4]R_2R_1$.

GIACOMINI A., *Liquido nel quale la velocità degli ultrasuoni è indipendente dalla temperatura* (cum 3 fig.).

Acta, vol. VI, n. 10, pag. 87-94 (1941).

SVMMARIVM. — Velocitatem qua ultra-soni per aquam etilico alcole mixtam propagantur, metitus est Auctor.

Diagrammata, quae exprimunt quomodo velocitas ad spissitudinem se habeat, cacumen semper habent, cuius situs caloris mutatione mutatur.

Constat autem, si mixtio ita fiat ut septendecim centesimae partes circiter ex alcole sint, ultra-sonos eandem velocitatem servare quomodo cumque caloris vis varietur.

GIACOMINI A., *Cella ultrasonora di grande area per la modulazione della luce* (cum 6 fig.).

Acta, vol. VIII, n. 7, pag. 49-60 (1944).

SVMMARIVM. — Cella ultrasonora describitur, qua luminosi fascis, magnam habentis sectionem, modulatio fieri potest.

Huius cellae proprias curvas, experimentis ductas, Auctor exhibet, et praeterea, quod ad simpliciores quosdam casus attinent, introductam linearem distorsionem computat.

GIALANELLA L., *Determinazione della longitudine della Torre Capitolina e della Torre del primo meridiano d'Italia a Monte Mario*.

Commentationes, vol. I, n. 7, pag. 197-276 (1937).

SVMMARIVM. — Accurata datur notitia de nova longitudinis mensuratione Turris Capitolinae, ab Auctore in R. Osservatorio Astronomico Capitolino peracta, radiotelegraphia adiuvante.

Huius longitudinis ratio astronomice dein refertur ad axem Turris primi meridiani apud Montem Marium.

GIALANELLA L., *Le variazioni del diametro solare nel sessantennio 1874-1937 secondo le osservazioni eseguite nell'Osservatorio del Campidoglio* (cum 3 fig.).

Commentationes, vol. VI, n. 25, pag. 1139-1197 (1941).

SVMMARIVM. — Omnes eadem ratione (quod antea factum erat numquam) exhibentur observationes diametri solaris, AA. 1874-1937 in Specula Capitolina (Romae) peractae per circulum meridianum ab Ertel repertum.

Auctor, plane perpensis singulorum speculatorum propriis erroribus, demonstrat valorem $961''.38$ radio solari, si medium sit intervallum, esse tribuendum; ostendit praeterea fluctuationes et oscillationes diametri ipsius, quarum amplitudo $1''$ exsuperet, periodus autem inconstans.

Perpendit denique auctor quomodo variationes apparentes diametri solaris per anni cursum, se habeant ad variationes irradiationis atmosphaericae.

GIGANTE D., *Ricerche polarografiche su tumori. (Nota preventiva)*.

Acta, vol. XII, n. 26, pag. 311-314 (1948).

SVMMARIVM. — Polarographica methodo Auctor investigavit de processibus demolitionis proteinarum in sucis extractis ex animalium texturis.

GIGANTE D., *Ricerche polarografiche sui tumori* (cum 16 fig. et 26 tab.).

Commentationes, vol. XIII, n. 2, pag. 77-152 (1948).

SVMMARIVM. — Polarographica methodo Auctor investigavit de processibus demolitionis proteinarum in sucis extractis ex animalium texturis. Experimenta in homine, in cuniculis, in caviis, in muribus, in rattis peracta ostenderunt diversam rationem polarographicam qua se gerunt texturae matrices, tumores benigni ac maligni, et horum variae species prout alia atque alia sit eorum sedes.

Denique investigavit Auctor de ratione polarographica qua se gerit serum sanguinis. Experimenta in homine, in caviis, in cuniculis, in gallinis et in columbis peracta ostenderunt diversam rationem polarographicam qua se gerunt sera in morbis et in tumoribus, atque in horum cursibus.

GIORDANI M. e PARRAVANO N., *Le proprietà ossidanti dell'acqua di Fiuggi* (cum 2 fig.).

Acta, vol. I, n. 7, pag. 51, 56 (1937).

SVMMARIVM. — Disceptant Auctores de oxydatione acidi urici, quam oxygenio in aquis insito agente fieri demonstrant.

Ostendunt insuper substantias catalysantes adesse in aqua fontis prope Anticolim (Fiuggi), quae oxydationem ipsam magnopere accelerant.

GIORDANI F., *Nicola Parravano*.

Acta, vol. XIII, n. 5, pag. 63-66 (1949).

SVMMARIVM. — Agitur de Commemoratione quam Auctor in sollemni Academiae Sessione coram Augusto Pontifice Pio PP. XI die 18 decembris anno 1938 perlegit.

GIORGI G., *Riflessioni sui fondamenti primi della teoria degli insiemi*.

Acta, vol. V, n. 6, pag. 35-42 (1941).

SVMMARIVM. — Dubia et paradoxa quaedam, in theoria complexuum (germanica lingua *Mengen*) orta sunt ex deficiente verborum proprietate.

Generalis «classis» notio a «complexus» notione discernere opus est, et determinare quam acceptione verbum «existere» adhibeatur.

Qui strictis postulatis et definitionibus usus erit, perspiciet quosdam a CANTOR descriptos complexus satis idonee definitos esse; alios minime, quibus in praesenti scientiae statu transfinitos numeros tribui non licere.

GIORGI G., *I postulati della Statistica.*

Commentationes, vol. VII, n. 18, pag. 531-544 (1943).

SVMMARIVM. — Cum integrum systema fundamentalium Staticae propositionum nondum sit repertum, Auctor, critica ratione, generales quasdam definitiones et postulata enunciat, quae non pendent ex enunciationibus cinematicis vel dynamicis, et in quibus notio aequilibrîi inest diversa a quiete, quae est cinemática; sequuntur postulata singulis Staticae articulis propria

GIORGI G., *Struttura intrinseca del campo elettromagnetico.*

Acta, vol. IX, n. 10, pag. 95-102 (1945).

SVMMARIVM. — Auctor, perpendens proprietates campi electromagnetici in spatio-tempore relativistico, pervenit ad conclusiones novas, quod attinet ad figuram geometricam intrinsecam, qua campus definitur et ad consecratorum relativisticorum coarctationem in omnibus spatii regionibus, in quibus campus electromagneticus extenditur.

GIORGI G., *Presentazione* (ad opus: S.G. Coen - *Catalogo dei gasteropodi polmonati della collezione Coen*).

Scripta Varia, n. 3, pag. 3 (1945).

SVMMARIVM. — Academiae typis edendum opus, quod ut supra dictum est inscribitur, Academicus IOANNES GIORGI proposuit, et hac de re rationem affert suo ipsius scripto quo volumen incipit.

GIORGI G., *Nuovo tipo di rappresentazione prospettica* (cum 1 tab.).

Acta, vol. X, n. 23, pag. 269-272 (1947).

SVMMARIVM. — Significatur nova quaedam ratio exprimendi prospectum a prof. FRANCISCO LA GRASSA inventa, qua vitantur nonnulla classicarum prospectus expressionum incommoda.

GIORGI M. e ROSINI E., *Sur l'origine des microséismes intéressant la Méditerranée.*

Scripta Varia, n. 12, pag. 293-332 (1952).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

GIOVANNI XXIII, *Breve pontificio « Doctrinis provehendis ».*

Editio extra seriem (1961).

DESCRIPTIO. — Impressio phototypica editur (cm. 58×44) quae paribus mensuris egregie reddit, Cancellarii cura, Litteras Apostolicas sub Anulo Piscatoris quibus anno 1961 IOANNES XXIII Academicis Pontificiis Honorariis concedit ut titulo « Excellentiae » fruantur.

GIOVANNI XXIII, *Breve pontificio « Doctrinis provehendis ».*

Editio extra seriem, pag. 1-4 (1961).

SVMMARIVM. — Complurium diurnariorum rogatu, Cancellarii cura typis evulgantur Litterae Apostolicae de quibus supra dictum est.

GIOVANNI XXIII, *Discorsi tenuti alla Pontificia Accademia delle Scienze.*

Scripta Varia, n. 37, paratur.

GIOVANOZZI R., *Un metodo generale per la determinazione del fattore di interferenza nelle gallerie aerodinamiche a contorno libero, rigido e misto* (cum 10 fig.).

Commentationes, vol. III, n. 16, pag. 545-592 (1939).

SVMMARIVM. — Nova via ratioque ad aerodynamicorum cuniculorum interferentiam inveniendam proponitur, cuius beneficio currentis emendatricis (qua aliquot peripherici currentis tractus ad constantis currentis functionis condicionem, aliquot vero ad aequipotentialem condicionem reducuntur) potentialis complexus, regularis in corrente, cum, propter periphericas condiciones, quae sint pars realis aut pars imaginaria periphericis in sinibus cognitum habeamus, inveniri potest.

Singillatim autem huius viae rationisque cognitio ad periphericos fines mixtos (partim clausos, liberos partim) pertinet, penitusque nunc primum demonstrat cur mathematicorum difficultates, quam quae ad fines periphericos penitus rigidos aut omnino liberos pertineant, maiores sint. Haec via ratioque adhibetur ad nonnullos interferentiarum casus, videlicet circuli periferici penitus rigidi aut omnino liberi, praediti parte rigida aut libera, duobus cum tractibus rigidis totidemque liberis, alio autem alia ratione collocato, aliquatenus iam tractatos via et ratione a proposita via atque ratione differentibus ab aliis viris rei studiosis, aliquatenus vero recentiores ignotosque.

GIOVANOZZI R., *Trazione, torsione e flessione pura di solidi svergolati a sezione costante.*

Commentationes, vol. VI, n. 3, pag. 183-222 (1941).

SVMMARIVM. — Auctor operam dat quaestioni explanandae de trahendo, torquendo simpliciterque flectendo « tortili » (quod italice « svergolato » appellant) solido, axi directo sectioneque constanti praedito.

Auctor autem, post perpensas tres virium urgentium rationes quas supra memoravimus, declarat plerumque quaestiones de trahendo simpliciterque flectendo solido « tortili » reduci posse ad quaestiones de torquendo et flectendo recidendoque prismatico pari sectione praedito; ea autem quae demonstravit refert ad ellipticas et rectangulas sectiones.

At quaestio subtilior de solido « tortili » torquendo, ellipticae tantum sectionis studio, pro tempore, circumscripta est.

GIOVANOZZI R., *Il calcolo della piastra anulare spessa.*

Acta, vol. X, n. 22, pag. 245-268 (1946).

SVMMARIVM. — Academiae typis edendum opus, quod ut supra dictum est inscribitur, Academicus PETRUS RONDONI proposuit, et hac de re rationem affert suo ipsius scripto quo volumen incipit.

RONDONI P. — Vide: GEMELLI A., *Pietro Rondoni.*

RONDONI P., *The mode of action of the carcinogenic hydrocarbons.*

Scripta Varia, n. 7, pag. 251-268 (1949).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème biologique du cancer" ».

RONDONI P., *La produzione cancerologica sperimentale in Italia e in Germania dal 1940 al 1945.*

Relationes de Auctis Scientiis tempore belli, a. 1939-1945, n. 3, pag. 1-61 (1945).

SVMMARIVM. — Haec relatio respicit scripta edita tempore belli 1939-45.

Brevibus notis ostendit quo rerum statu quibus studiorum conditionibus in sua civitate usi sint huius disciplinae cultores; eiusdem disciplinae progressus item in summari modum describit. Sequitur omnium scriptorum, quae in rem cadunt, elenchus sive bibliographia, multo latius patens argumentis quam praecedens summarium.

ROSA M. — Vide: MERCATI A., *Lettere di scienziati dell'Archivio Segreto Vaticano.*

ROSATI M., *Le funzioni e le varietà quasi abeliane dalla teoria del Severi ad oggi.*

Scripta Varia, n. 23, pag. 1-194 (1962).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine ostenduntur ab Auctore quae sint nova adiumenta et egregia opera data a compluribus mathematicis, speciatim italicis, ad incrementum theoriae Severianae de functionibus quasi-Abelianis, ab eius enunciatione usque ad nostros dies. Quasi-Abelianas sunt functiones uniformes plurium variabilium, quae theorema additionis Weierstrassianum admittunt: sunt igitur meromorphae, eademque periodicae; periodorum autem haud dependentium numerus numquam excedit variabilium numerum.

ROSINI E. et GIORGI M., *Sur l'origine des microséismes interessant la Méditerranée.*

Scripta Varia, n. 12, pag. 293-332 (1951).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

ROSSI N. e CASARINI A., *Cellule cianofile e cellule mucoidi dell'adenoiopofisi nelle disendocrinie umane e sperimentali (cum 12 fig. et 6 tab.).*

Scripta Varia, n. 13, pag. 142 (1953).

SVMMARIVM. — Quid perspexerint in investigationibus peractis in

Instituto anatomiae et histologiae pathologicae apud Universitatem Papiensem, quod attinet ad histologiam hypophysariam, Auctores exponunt.

Ex experimentis factis in animalibus et ex humanorum corporum inspectionibus (quae quidem disendocrinias, dum vivebant, ostenderant) Auctores multa maximi momenti invenerunt, superiorumque doctorum conclusiones opportune complerunt, de ratione qua se habent cellulae cyanophilae et cellulae mucoides.

ROSSI B., *Explorer X plasma measurements.*

Scripta Varia, n. 25, pag. 159-174 (1963).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire" ».

ROSSI FANELLI A., *Sintesi biologica della treonina* (cum 3 fig.).

Acta, vol. X, n. 5, pag. 55-74 (1945).

SVMMARIVM. — Cum KÖGL et BORG (1941) suspicati sint activationem fermentationis alcoolicae a glycina productam oriri ex huius mutatione in treoninam, Auctor demonstrat glycynam, saccaromycetis opportuna ratione incubatam, mutari in treoninam ex dimidia circiter parte.

Censet Auctor treoninam ita obtentam, esse formam laevam naturalem.

Etiā acidus pantotenicus excitat fermentationem alcoholicam, treoninae synthesim fovens.

ROTHÉ J.P., *Etude du mouvement microséismique a Strasbourg.*

Scripta Varia, n. 12, pag. 19-72 (1952).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Micro-séismes" ».

ROTINI O.T., *Soil fertility and fertilizing of cultivated plants.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 689-708 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

ROITINI O.T., *The liquid fertilizing.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 709-724 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

ROITINI O. T., *Fertilità del suolo e fertilizzazione dei vegetali coltivati.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 1343-1364 (1973).

MONITVS. — Editio originalis italica heic editur superioris dissertationis.

ROITINI O. T., *La fertilizzazione fluida.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 1365-1382 (1973).

MONITVS. — Editio originalis italica heic editur superioris dissertationis.

RUBIO HUERTOS M., *Ultrastructure of crystalline inclusions determined by two plant viruses.*

Scripta Varia, n. 22, pag. 285-294 (1962).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Macromolécules d'intérêt biologique avec référence spéciale aux nucléoprotéides" ».

RUFFO S., *Raccolte faunistiche compiute nel Gargano da Ghigi A. e Pomini F.P.: VI. Anfipodi (cum 1 tab.).*

Acta, vol. XII, n. 25, pag. 295-310 (1948).

SVMMARIVM. — Recensentur sex species Amphipodum, qui in Gargani regione collecti sunt; de duabus autem ex iis (*Gammareo acquicauda* et *Niphargus longicaudatus*) praesertim disserit Auctor.

RUSSELL E.W., *The role of fertilizers in african agriculture.*

Scripta Varia, n. 38, pag. 213-238 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

RUSSO V., CERVIGNI T., MASSARELLI A., CARBONE R., *Contributo alla chiarificazione dei rapporti fra ormoni e tessuti neoplastici* (cum 3 fig.).

Acta, vol. XVI, n. 16, pag. 143-154 (1956).

SVMMARIVM. — In tribus mamillae tumoribus eiusdem speciei histologicae cum Auctores quid ostendat reductasis, si mulier bilateralem surrenalectomiam subeat, investigaverint, invenerunt varios fuisse clinicos, et biochimicos surrenalectomiae effectus, hos autem semper una cum illis mutari et interdum magis quam illos.

RUSSO V., MONTANARI G., CARBONE R., *Gli effetti della surrenalectomia nel cancro avanzato della mammella.*

Commentationes, vol. XVII, n. 6, pag. 133-160 (1956).

SVMMARIVM. — Examinat auctor quid per subrenalectomiam obtentum sit in viginti, septem casibus, quorum decem unilateralem, decem septem autem bilateralem operationem habuerunt ad medendum progressu mamillae cancro.

Haec examinantes Auctores perpendunt et qua ratione subrenalectomia fieri possit ac debeat et quid subrenum ablatio efficiat in corporis functiones.

RUSSO V., PROIETTI P., SALVIUCCI F., *La vescica artificiale* (cum 74 fig.).

Scripta Varia, n. 17, pag. 1-149 (1958).

SVMMARIVM. — Recensent primum Auctores ac perpendunt rationes, quae usque adhuc propositae sunt ad vasicam artificialem continentem efformandam; mox de electroliticis incommodis, quae oriuntur ex vesica artificiali continenti, disserunt; deinde exponunt ac perpendunt ratione, quibus affirmari potest vesica artificialis incontinens, quae est ratio maxime naturae conformis ad exterius urinas efferendas.

RUSSO V., MAGALINI S., SALVIUCCI F., *La prevenzione del cancro.*

Scripta Varia, n. 24, pag. 1-168 (1963).

SVMMARIVM. — Explicant Auctores quae usque adhuc contra hunc gravissimum morbum effecta sint; deinde considerant varias methodos diagnosticas adhibitas; tum demonstrant quibus de causis exoptanda sit magis magisque illa praecox investigatio quae statim adhiberi debet dum adest vel minima quaedam huius morbi suspicio; denique suggerunt momentum quendam novam qualitativam aestimationem circa possibilitatem canceri curandi.

RUSSO V., MANNI C., SALVIUCCI F., SCRASCIA E., *Fisiopatologia dell'annegamento*.

Scripta Varia, n. 29, pag. 1-336 (1970).

SVMMARIVM. — Ad effectus submersionis indagando, quod attinet ad respirationis et sanguinis vias et ad cerebrum, Auctores experimenta in animalibus adhibuerunt; in quibus etiam de exanimis hominibus ad vitam revocandis nonnulla considerata sunt, deque primo post vitae exitum stadio.

RUTHERFORD OF NELSON LORD E. — Vide: LEMAÎTRE G., *Lord E. Rutherford of Nelson*.

SAALBACH E., *The effect of Sulphur, Magnesium and Sodium on yield and quality of agricultural crops*.

Scripta Varia, n. 38, pag. 541-580 (1973).

SVMMARIVM. — Haec dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "L'emploi des fertilisants et leur effet sur l'accroissement des récoltes, notamment par rapport à la qualité et à l'économie" ».

SABBIA L., *Sulla innervazione del palato della rana (Rana esculenta)*.

Acta, vol. VI, n. 12, pag. 99-102 (1942).

SVMMARIVM. — Auctor describit minuta quaedam de ratione qua in palati mucosa et submucosa nervi disponantur.

Praeterea exponit quomodo fibrae sensoriae aliter suorum nervorum extrema expandant, prout aliter se habeant sensorii disci, quos ipse putat et gustui et forte tactui quoque inservire.

SACERDOTE G., *La densità di energia in alcuni problemi di acustica*.

Acta, vol. III, n. 6, pag. 47-52 (1938).

SVMMARIVM. — Densitas energiae sumitur tanquam parameter propagationis undae acusticae. Si undae sunt planae habetur propagatio undulatoria huius densitatis.

Praeterea A. loquitur de quibusdam applicationibus quibus quaedam supputationes, quae ad acusticam architectonicam inservire possunt, simpliciores fiunt.

SACERDOTE G., *Proprietà dei campi acustici* (cum 8 fig.).

Commentationes, vol. IV, n. 5, pag. 171-190 (1940).

SVMMARIVM. — Postquam Auctor inspexit proprietates geometricas generales, quas habet gradientis pressionis in campo acustico bidimensionali, perpendit campum interferentiae inter undam directam et undam ex plano reflexam, inquirens quomodo inveniri possit methodus aliqua ad vim reflectentem dimetiendam ex determinatione gradientis pressionis in quocumque campi puncto; deinde, campum ex systemate fontium simul collectorum productum perpendens, Auctor determinat notas quae huiusmodi pressionis gradientis distinguunt.

SACERDOTE G. e GEMELLI A., *Un metodo per l'analisi statistica della intensità sonora del linguaggio* (cum 4 tab. et 12 fig.).

Commentationes, vol. V, n. 9, pag. 570-604 (1941).

SVMMARIVM. — Auctores describunt electroacusticam methodum, qua sonituum maior minorve vis statistica ratione perpendi possit; eaque methodus quomodo ad physiologicum, psychologicum et phoneticum vocum studium adhiberi possit exponunt.

SACERDOTE G., GEMELLI A., BELLUSSI G., *Analisi elettroacustica della voce cantata* (cum 1 fig. et 19 tab.).

Commentationes, vol. XVI, n. 2, pag. 21-44 (1954).

SVMMARIVM. — Hac prima critica dissertatione Auctores omnia quae in suis investigationibus de voce cantata invenerint produnt, demonstrantes quibus methodis modisque possit inquisitio ipsa quam utilissime ad finem perducere atque peculiaria investigationis suae proferentes exempla.

Quibus exemplis patet vocem cantatam quoddam esse factum neque simplex neque simpliciter determinandum, sed potius multiplex, compluribus elementis compositum, necnon diversis causis subiectum adeo ut impossibile.

SACERDOTE G., GEMELLI A., BELLUSSI G., *Nuovi contributi elettroacustici allo studio del canto* (cum 11 tab.).

Commentationes, vol. XVII, n. 1, pag. 1-16 (1956).

SVMMARIVM. — Auctores, ampliantes eas investigationes quas in Commentationibus XVI, n. 2, anno 1954 exposuerant, hic exponunt quid compererint in eadem Massenetiana locutione (« Vi manchi tu,

Manon») examinanda — sive per directam sive per grammophonice incisionem seu registrationem — a decem canentibus prolata (inter quos sub numero 10 notatur Caruso).

Comparatis inter se intensitatibus, frequentiis, harmonicis timbrorum compositionibus, vibratibus, Auctores per electroacusticae artis methodos potuerunt uniuscuiusque ex decem illis canentibus notas proprias percipere.

Hac incisione seu registratione, quae maxime exacta est et accurata, potest plane constare quae sint notae quibus vox alicuius canentis parit effectum harmonicum, qui auribus est gratus.

His autem methodis via aperta est et ad singulorum canentium examen seu diagnosim, quam vocant, et ad addiscendi processus, idque fit per participationem ad aesteticos effectus earum causarum quae in unoquoque canente operantur.

SALA M., *Ricerche sul potere regolativo del sistema nervoso degli anfibii anuri* (cum 6 tab. et 2 fig.).

Commentationes, vol. XIV, n. 2, pag. 97-135 (1950).

SUMMARIVM. — Auctor, homeoplasticis insitionibus factis in ranae fetibus, qui sint globuli caudales, comperit huiusmodi fetus minimam habere in centrali nervorum systemate vim moderatricem, in peripherico autem inesse attractoriam vim quamdam inter nervorum vel musculorum texturam et crescentes nervorum fibras.

SALA M., *Influenze attivanti e caudalizzanti lungo la linea mediana del tetto dell'archenteron nell'induzione del sistema nervoso di anfibii urodeli* (cum 4 tab. et 8 fig.).

Commentationes, vol. XVI, n. 5, pag. 241-290 (1955).

SUMMARIVM. — Fragmenta, e diversis regionibus sumpta, mediae zonae tecti archenteronis neurilis Auctor separavit, quae quidem in eo stadio essent ut cercines midollares vocarentur, eaque inseruit in gastrulas iuvenes ut inductores essent in competentis ectodermatis regionibus.

E neuralium inductionum, quae in ectodermate sunt, observatione, Auctor comperit duos in archenteronis tecto inesse influxus (quorum intensio alia est in aliis tecti regionibus, et per curvam planam significari potest), alter activans, alter autem caudalisans: ille intrinsecas ectodermatis potentias liberat, quae neurales habent structuras et prosencephalicas propensiones; hic vero eas ducit ad formationes neurales praecipue caudales.

SALA M., *Ulteriori ricerche sperimentali sul sistema nervoso periferico di embrioni di anfibii anuri* (cum 1 fig. et 5 tab.).

Commentationes, vol. XVI, n. 9, pag. 355-380 (1955).

SVMMARIVM. — Auctor, caephalicam regionem in caudalem inserens in ranæ esculentæ fetibus diversæ ætatis, confirmat nerveas fibras, quamdiu crescant, se aptare posse abnormibus condicionibus, et demonstrat quæ fetum ætate hæc accomodationis facultas maxime pateat.

SALEM A.E., JENNY H., WALLIS J.R., *Interplay of soil organic matter and soil fertility with state factors and soil properties.*

Scripta Varia, n. 32, pag. 5-38 (1968).

SVMMARIVM. — Hæc dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur la "Matière organique et fertilité du sol" ».

SALPETER E.E., *Statistics of stellar evolution.*

Scripta Varia, n. 16, pag. 231-240 (1958).

SVMMARIVM. — Hæc dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur le "Problème des Populations Stellaires" ».

SALPETER E.E., *Quasar Statistics for Lemaitre Cosmologies.*

Scripta Varia, n. 35, pag. 399-402 (1971).

SVMMARIVM. — Hæc dissertatio exposita est ab Auctore, deque ea disceptatum est in « Semaine d'Etude sur "Les noyaux des galaxies" ».

SALVEMINI T., *Influenza della guerra 1915-18 e degli avvenimenti del dopo guerra sugli addetti al culto in Italia* (cum 4 fig.).

Commentationes, vol. XII, n. 8, pag. 369-402 (1948).

SVMMARIVM. — Comparatis censibus, qui in Italia anno 1911 et 1931 facti sunt, Auctor quaerit:

- a) de clericorum et religiosorum numero, per ætatis classes;
- b) de media clericorum et religiosorum ætate in singulis regionibus;
- c) de clericorum et religiosorum numero, cum universo cuiusque ætatis populo collato.

Ex iis ostendit Auctor quantæ mutationes factæ sint in clericorum et religiosorum numerum, et in singulas eorum classes, propter bellum annis 1914-1918 pugnatum et propter eventus qui secuti sunt.

SALVIUCCI F., *Sull'istogenesi delle fibre muscolari degli arti.*

Acta, vol. X, n. 20, pag. 223-228 (1946).

SYMMARIVM. — Auctor planum facit musculorum fibras in artubus oriri ex textura quadam mesenchimatica non discriminata, quae ad cutis laminam, quae est in somitis latere, pertinet; non ex elementis iam discriminatis, quae proveniant, sub myoblastorum specie, a musculorum lamina quae est in ipso somitis latere.

SALVIUCCI F., PROIETTI P., RUSSO V., *La vescica artificiale* (cum 74 fig.).

Scripta Varia, n. 17, pag. 1-149 (1958).

SYMMARIVM. — Recensent primum Auctores ac perpendent rationes, quae usque adhuc propositae sunt ad vasicam artificialem continentem efformandam; mox de electroliticis incommodis, quae oriuntur ex vesica artificiali continenti, disserunt; deinde exponunt ac perpendent ratione, quibus affirmari potest vesica artificialis incontineus, quae est ratio maxime naturae conformis ad exterius urinas efferendas.

SALVIUCCI F., RUSSO V., MAGALINI S., *La prevenzione del cancro.*

Scripta Varia, n. 24, pag. 1-168 (1963).

SYMMARIVM. — Explicant Auctores quae usque adhuc contra hunc gravissimum morbum effecta sint; deinde considerant varias methodos diagnosticas adhibitas; tum demonstrant quibus de causis exoptanda sit magis magisque illa praecox investigatio quae statim adhiberi debet dum adest vel minima quaedam huius morbi suspicio; denique suggerunt monentque quamdam novam qualitativam aestimationem circa possibilitatem canceri curandi.

SALVIUCCI F., MANNI C., RUSSO V., SCRASCIA F., *Fisiologia dell'annegamento.*

Scripta Varia, n. 29, pag. 1-336 (1970).

SYMMARIVM. — Ad effectus submersionis indagando, quod attinet ad respirationis et sanguinis vias et ad cerebrum, Auctores experimenta in animalibus adhibuerunt; in quibus etiam de exanimis hominibus ad vitam revocandis nonnulla considerata sunt, deque primo post vitae exitum stadio.

SALVIUCCI P., *Motu Proprio de Pontificia Academia Scientiarum.*

Editio extra seriem, pag. 1-60 (1937).

SVMMARIVM. — Statim post Academiae restaurationem editur, Cancellarii cura compluribus rogantibus, Pii xi ipsius Academiae constitutiva deliberatio quae in « Acta Apostolicae Sedis — Commentarium officiale — An. et Vol. XXVIII, n. 13 » evulgata est.

Sequuntur translationes anglica, gallica, germanica, hispanica, italica, lusitanica.

SALVIUCCI P., *Annuario della Pontificia Accademia delle Scienze.*

Editio extra seriem, pag. LXXXIV-820-40 (1937).

SVMMARIVM. — Pontificiae Academiae Scientiarum hic est primus Liber Annalis quem, Academia a Pio XI anno 1936 restituta, statim Academiae Cancellarius italice confecit.

In fine voluminis inest Appendix in qua nomina omnium continentur qui in numero sodalium veteris Academiae Lynceorum fuerunt, variis temporis vicibus ab eius oru, qui fuit anno 1603.

SALVIUCCI P., *La Casina di Pio IV in un rame del Bouchet. (Riproduzione a tripla impressione e calco).*

Editio extra seriem (1937).

DESRIPTIO. — Statim post Academiae restaurationem, Cancellarii cura edita est tabula qua peribis mensuris (cm. 58×42) phototypice redditur imago illa Villulae a Pio IV in nemore vaticano extractae quam gallus caclator et pictor JULES-FRÉDÉRIC BOUCHER anno 1845 in lamina aeraria egregie caclavit.

SALVIUCCI P., *Regolamento per la nomina degli Accademici.*

Editio extra seriem, pag. 1-6 (1938).

SVMMARIVM. — Paucis his paginis editur latine, gallice, italice, Cancellarii cura, prima ordinatio de Academicorum vacationibus suppleendis a coetu academico approbata anno 1938.

SALVIUCCI P., *Relazione del Premio Pio XI per la Biologia.*

Editio extra seriem, pag. 1-12 (1939).

SVMMARIVM. — Agitur de relatione ad Praemium Pii XI 1938.

1939 in scientiis biologicis adiudicandi.

Curatores fuerunt: F. BOTTAZZI, A. GEMELLI, E. GODLEWSKI, G. LEPRI, A.K. NOYONS.

Extremam relationem Academicus F. BOTTAZZI confecit, praeonium decretum est Doctore CORNELLE HEYMANS, Universitatis Utrecht, Pays-Bas.

SALVIUCCI P., *Regolamento per la nomina degli Accademici.*

Editio extra seriem, pag. 1-6 (1940).

SVMMARIVM. — Haec est reformatata editio ordinationis de Academicorum vacationibus supplendis, in ordinationis antea vigentis locum, latine, gallice, italice, Cancellarii cura exarata.

SALVIUCCI P., *Breve pontificio « Ad Apostolicae Sedis decus ».*

Editio extra seriem (1940).

DESCRIPTIO. — Impressio phototypica editur (cm. 57×42) quae paribus mensuris egregie reddit, Cancellarii cura, Litteras Apostolicas sub Anulo Piscatoris quibus anno 1940 Pius PP. XII Academicis Pontificiis concedit ut titulo « Excellentiae » fruuntur.

SALVIUCCI P., *Breve pontificio « Ad Apostolicae Sedis decus ».*

Editio extra seriem, pag. 1-4 (1940).

SVMMARIVM. — Complurium diurnariorum rogatu, Cancellarii cura typis evulgantur Litterae Apostolicae de quibus supra dictum est.

SALVIUCCI P., *Index général des travaux de l'Académie Pontificale des « Nuovi Lincei ».*

Scripta Varia, n. 1, pag. 1-474 (1942).

SVMMARIVM. — In nova academicarum dissertationum serie vel collectione inunda, quae « Scripta Varia » inscribitur (scripta quae propter technicas aliasve causas in « Actis » vel in « Commentationibus » collocari non potuerunt), expedit ut Index Generalis edatur earum investigationum, quas, ab anno 1847 usque ad annum 1935, veteris Pontificiae Academia Novorum Lyncaeorum protulit: eius enim Academiae veluti historica et naturalis continuatio est praesens haec Pontificia Academia Scientiarum.

Index ex duabus partibus constat, prior per Auctorum nomina, altera vero per materias disposita.

SALVIUCCI P., *Relazione del Premio Pio XI per l'Astronomia.*

Editio extra seriem, pag. 1-12 (1942).

SVMMARIVM. — Agitur de relatione ad Praemium Pii XI 1939-1940 in scientiis astronomicis adiudicandi. Curatores fuerunt: G. ARMELLINI, E. BIANCHI, A. GATTERER, P. GUTHINICK, J. STEIN.

Praemium decretum est Doctori HARLOW SHAPLEY, Praesidi Observatorii astronomici Harvard; Cambridge, Mass. USA.

SALVIUCCI P., *Relazione del Premio Pio XII per la Geologia.*

Editio extra seriem, pag. 1-12 (1943).

SVMMARIVM. — Agitur de relatione ad Praemium Pii XII 1940-1941 in scientiis geologicis adiudicandi.

Curatores fuerunt: G. DAINELLI, G. DAL PIAZ, C. SOMIGLIANA, R. TONIOLO, F. VERCELLI.

Extremam relationem Academicus G. DAINELLI confecit.

Praemium igitur Pii XII 1940-1941 decretum est doctissimo viro EMANUEL DE MARGERIE, Societatis geologicae gallicae, France.

SALVIUCCI P., *Notitia Praevia de relationibus conficiendis* (ad opus quod inscribitur « *Relationes de Auctis Scientiis tempore belli 1939-45* »).

Editio extra seriem, fasc. 1, pag. 1-20 (1945).

SVMMARIVM. — Nota hac ostendit Academiae Cancellarius Pontificiam Academiam Scientiarum, eam sibi suscipere curam, ut, quid quid ubique gentium in scientiarum studiis tempore belli a. 1939-1945 elaboratum sit, conscriptis Relationibus ad communem usum properatur in medium. Quibus in conficiendis monet latine Cancellarius quae sunt admodum servanda. Translationes italica, gallica, anglica, hispanica, lusitanita sequuntur.

SALVIUCCI P., *Relationes de Auctis Scientiis tempore belli 1939-45.*

Editio extra seriem, pag. 1-646 (1945).

SVMMARIVM. — Volumen hoc, Academiae Cancellario curante, tribus et viginti constat Relationibus, quarum Auctores suam quisque persequendo disciplinam, propria lingua adhibendo, quid in eiusmodi studiis profectum est, ordine ostendunt, materiae quidem partitione, quam quisque maxime probavit, ex gravioribus bibliographicis commentariis assumpta.

SALVIUCCI P., *L'Académie Pontificale des Sciences.*

Editio extra seriem, pag. 1-20 (1945).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo brevis historia inest Pontificiae Academiae Scientiarum, quam statim post bellum 1936-1945 Academiae Cancellarius gallica lingua conscripsit. Adest etiam notitia de rebus his temporibus actis.

SALVIUCCI P., *La Pontificia Accademia delle Scienze.*

Editio extra seriem, pag. 1-16 (1945).

SVMMARIVM. — Fasciculus hic nihil aliud est nisi italica editio illius qui immediate superius iam illustratus est.

SALVIUCCI P., *Index scriptorum: 1937-1947.*

Editio extra seriem, pag. 1-36 (1948).

SVMMARIVM. — Alphabetico ordine inveniri possunt hoc in fasciculo omnes Auctores quorum scripta pervulgata sunt usque ad annum 1947 inclusive in Scientiarum Pontificiae Academiae « Actis » et « Commentationibus ».

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le problème biologique du cancer.*

Scripta Varia, pag. XIV-350 (1949).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (6-13 iunii 1949), quae ut supra dictum est, inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: Relationes sua ipsius cuiusque lingua prolatae, quas sequuntur Disceptationes de iis gallica lingua habitae et a Cancellario ipso Academiae summo studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales gallice, anglice, germanice, italice exaratae; index analyticus quattuor linguis confectus et index nominum.

SALVIUCCI P., *Le siège de l'Académie Pontificale des Sciences.*

Editio extra seriem, pag. 1-45 (1951).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo italice et gallice a Cancellario conscripto illustratur Villula a Pio IV Medicas anno MDLXI intra nemora Palatii Apostolici Vaticani eleganter extructa, quam Pius Papa XI Academiae a se restituae sedem propriam donavit.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le problème des microsésismes.*
Scripta Varia, n. 12, pag. XL-418 (1952).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (12-26 nov. 1951), quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: Relationes sua ipsius cuiusque lingua prolatae, quas sequuntur Disceptationes de iis gallica lingua habitae atque a Cancellario ipso Academiae summo studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales gallice exaratae.

Postremo in Appendice voluminis editur brevis recordatio, bibliographia, et photographia FRANCISCI VERCELLI Hebdomadis Praesidis, qui gravi morbo, infandum, correptus mortem oppetiit antequam hic hebdomadis Liber Actorum editus esset.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Les oligo-éléments dans la vie végétale et animale.*
Editio extra seriem, pag. 1-56 (1955).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt: «disciplina hebdomadam studiorum»; Cancellarii expositio argumenti de quo agitur; biographiae doctorum virorum qui consessui aderunt, necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Les oligoéléments dans la vie végétale et animale »*).

Scripta Varia, n. 14, pag. VII-IX (1956).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est praefatio Voluminis 662 paginarum Cancellarii cura editi, quo, praeter Relationes, collectae sunt omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le problème des oligoéléments dans la vie végétale et animale.*

Scripta Varia, n. 14, pag. XLVI-616 (1956).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (24 apr.-2 maii 1955) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: doctorum Relationes, sua

ipsius cuiusque lingua prolatae; quas sequuntur omnes Disceptationes de iis item sua ipsius cuiusque vel qua quisque elegerit lingua habitae atque a Cancellario ipso Academiae summo studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales gallice, germanice et anglice exaratae.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Les populations stellaires.*

Editio extra seriem, pag. 1-60 (1957).

SUMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt: «disciplina hebdomadum studiorum»; expositio seu explicatio argumenti de quo agitur; biographiae omnium doctorum virorum qui consensui aderunt; quaestionum ratio statuta necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le problème des populations stellaires.*

Scripta Varia, n. 16, pag. LXVI-550 (1958).

SUMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (20-28 maii 1957) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: Relationes anglice prolatae, quas sequuntur omnes Disceptationes de iis item anglica lingua habitae, et ab ipso Patre DANIELE O'CONNELL, Studiorum Hebdomadis Praeside, summa cura recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales anglice, gallice et germanice exaratae; index nominum.

SALVIUCCI P., *Extraits de la Semaine d'Etude sur: Les populations stellaires.*

Editio extra seriem, pag. 1-120 (1958).

SUMMARIVM. — Hoc in fasciculo, gallico sermone Cancellarii cura exarato ad usum scriptorum ephemeridum, velut summam exponitur Voluminis Actorum Hebdomadis Studiorum quod ut supra dictum est inscribitur.

SALVIUCCI P., *Le problème des populations stellaires. (Praefatio ad fasciculum «Extraits de la Semaine d'Etude sur: Les populations stellaires»).*

Editio extra seriem, pag. 7-10 (1958).

SUMMARIVM. — Hac in fasciculi introductione, gallice conscripta,

Academiae Cancellarius argumentum ostendit huic Hebdomadi Studiorum propositum, et qua mente ab Academia delectum sit.

Adsunt versiones anglica et germanica.

SALVIUCCI P., *Pontificiae Academiae Scientiarum Index Auctorum quorum scripta ipsius Academiae cura et sumptibus intra XXV aetatis suae annum edita sunt. MCMXXXVI-MCMLXI.*

Editio extra seriem, pag. 1-216 (1961).

SUMMARIVM. — Quinto et vigesimo anno ab Academia restituta hoc liber editum est, in quo ordine alphabetico inveniri possunt Auctores quorum scripta evulgata sunt in collectaneis academicis quae « Acta », « Commentatione », « Relationes de auctis scientiis tempore belli 1939-1945 », Scripta Varia » inscribuntur. Unicuique scripto parvum additur summarium ab Academiae Cancellario latine conscriptum.

SALVIUCCI P., *Grande fototipia della Sede Accademica.*

Editio extra seriem (1961).

DESCRIPTIO. — Pontificiae Academiae Scientiarum sedis haec est magna imago phototypice impressa (cm. 68×48) in qua conspici potest mirabilis frons aedificii maioris, artificiosum cavaedium ovale parvumque in medio elegans labrum, opposita exornataque parva porticus, dum omnibus his Petrianae Basilicae tholus imminet.

SALVIUCCI P., *Breve pontificio « Doctrinis provehendis ».*

Editio extra seriem (1961).

DESCRIPTIO. — Impressio phototypica editur (cm. 58×44) quae paribus mensuris egregie reddit, Cancellarii cura, Litteras Apostolicas sub Anulo Piscatoris quibus anno 1961 Ioannes XXIII Academicis Pontificis Honorariis concedit ut titulo « Excellentiae » fuantur.

SALVIUCCI P., *Breve pontificio « Doctrinis provehendis ».*

Editio extra seriem, pag. 1-4 (1961).

SUMMARIVM. — Complurium diurnariorum rogatu, Cancellarii cura typis evulgantur Litterae Apostolicae de quibus supra dictum est.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Les macromolécules d'intérêt biologique avec référence spéciale aux nucléoprotéïdes.*

Editio extra seriem, pag. 1-120 (1961).

SUMMARY. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt: «disciplina hebdomadum studiorum», expositio scu explicatio argumenti de quo agetur; biographiae, additis photographiis, omnium doctorum virorum qui consessui aderunt; quaestionum ratio statuta, necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Civitatis Vaticanae fidelissima descriptio.*

Editio extra seriem (1961).

DESCRIPTIO. — De optima agitur tabula topographica totius Civitatis Vaticanae (cm. 61×49) Cancellarii cura phototypice impressa. In marginibus tabulae duo signa inter se ortogonaliter inscripta sunt quae indicant Academiae Sedis locum.

SALVIUCCI P., *Civitatis Vaticanae fidelissima descriptio.*

Editio extra seriem (1961).

DESCRIPTIO. — Eadem est tabula de qua immediate superius diximus, sed minoribus mensuris (cm. 24×30) phototypice item impressa ut publicationibus academicis contineri possit.

SALVIUCCI P., *Ex Motu Proprio de Pontificia Academia Scientiarum.*

Editio extra seriem, pag. 1-44 (1961).

SUMMARY. — Hoc in fasciculo, ab integra editione extracto quae primum Cancellarii cura post Academiae restorationem evulgata ac de qua superius dictum est, et complurium rogatu pluries edito, tantummodo praecipue partes eduntur quae illustrent qui fuerit PONTIFICIS animus et quod consilium persecutus sit in Pontificia Academia Scientiarum restaurandam.

Sequuntur translationes anglica, gallica, germanica, hispanica, italiana, lusitanica.

SALVIUCCI P., *Viginti doctorum virorum vitae et operum notitia quos IOANNES PP. XXIII Academicos Pontificios quinto ipsius Academiae lustro feliciter exeunte delegit creavitque* - A. D. MCMLXI.

Editio extra seriem, pag. 1-180 (1961).

SVMMARIVM. — Hic primus est novus Annalis Liber, nunc quidem gallica lingua ad illius Annalis Libri exemplum confectum qui, statim post Academiam anno 1936 restitutam, italice editus est.

SALVIUCCI P., *Attribution de la « Médaille d'or Pie XI - 1961 ».*

Editio extra seriem, pag. 1-28, in folio (1961).

SVMMARIVM. — In Academiae Sessione Plenaria anni 1961, clarissimus vir Dr. ROBERT BURNS WOODWARD, Professeur au Department de Chimie de l'Université de Harvard, Cambridge, Mass. USA, de Academicorum consensu meruit ut « Médaille d'or Pie XI » e manibus Summi Pontificis IOANNIS XXIII solemniter acciperet.

Hoc in fasciculo, Cancellarii cura edito, inveniuntur photographia, biographia, bibliographia clarissimi victoris et technica studiorum eius epitome.

SALVIUCCI P., *La Casina di Pio IV nelle tèmperè ed incisioni di J. F. Bouchet (fototipie a tre impressioni con fondo e calco).*

Editio extra seriem (1961).

DESCRIPTIO. — A claro illo gallo artifice JULES-FRÉDÉRIC BOUCHET quattuor mirabiles tabulae dilutis coloribus pictae et nonnullae aliae mirifice caelatae anno 1845, Villulam Pii IV, Academiae sedem, effigentes, Cancellarii cura ad usum Academicorum, parva forma (cm. 14×10) phototypice redduntur.

SALVIUCCI P., *Pontificia Academia Scientiarum - Le Siège.*

Editio extra seriem, pag. 1-48 (1961).

SVMMARIVM. — Nova est altera editio fasciculi anno 1951 evulgati, qui iam non amplius prostabat; differentes atque maiore numero photographiae adsunt aptiore modo oculis propositae.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Les macromolécules d'intérêt biologique, avec référence spéciale aux nucléoprotéides »*).

Scripta Varia, n. 22, pag. VII-IX (1962).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est Voluminis 524 paginarum praefatio, quo, praeter Relationes, collectae sunt, Cancellarii cura, omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le problème des macromolécules d'intérêt biologique avec référence spéciale aux nucléoprotéides*.

Scripta Varia, n. 22, pag. XLIV-480 (1962).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (23-31 oct. 1961) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: Relationes anglice prolatae, quas sequuntur Disceptationes de iis item anglica lingua habitae et a Cancellario ipso Academiae summa cura recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales anglica et gallica lingua exaratae.

SALVIUCCI P., *Attribution de la « Médaille d'or Pie XI - 1962 »*.

Editio extra seriem, pag. 1-28, in folio (1962).

SVMMARIVM. — In Academiae Sessione Plenaria anni 1962, clarissimus vir Dr. BENGT ERIC ANDERSSON, Professeur de Physiologie à l'Ecole Supérieure Royale de Médecine Vétérinaire à Stockholm, Suède, de Academicorum consensu meruit ut « Médaille d'or Pie XI » e manibus Summi Pontificis IOANNIS XXIII solemniter acciperet.

Hoc in fasciculo, Cancellarii cura edito, inveniuntur photographia, biographia, bibliographia clarissimi victoris et technica studiorum eius epitome.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Le rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire*.

Editio extra seriem, pag. 1-104 (1962).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt: « disciplina hebdomadam studiorum »; expositio seu explicatio argu-

menti de quo agetur; biographiae additis photographiis, omnium doctorum virorum qui consessui aderunt; quaestionum ratio statuta, necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Le rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire »*).

Scripta Varia, n. 25, pag. VII-VIII (1963).

SUMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est Voluminis 626 paginarum praefatio, Cancellarii cura edito, quo, praeter Relationes, collectae sunt, omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le problème du rayonnement cosmique dans l'espace interplanétaire*.

Scripta Varia, n. 25, pag. L-576 (1963).

SUMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (1-7 oct. 1962) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: Relationes anglica lingua, praeter unam tantum gallica, prolatae, quas sequuntur omnes Disceptationes de iis item anglica lingua habitae atque a Dr. F.R. BACHELET et a Dr. E. DYRING summo studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales gallice et anglice exaratae.

SALVIUCCI P., *Attribution de la « Médaille d'or Pie XI - 1963 »*.

Editio extra seriem, pag. 1-24, in folio (1963).

SUMMARIVM. — In Academiae Sessione Plenaria anni 1963, clarissimus vir Dr. AAGE BOHR, Professeur de Physique et Directeur de l'Institut de Physique théorique de l'Université de Copenhague, de Academicorum consensu meruit ut « Médaille d'or Pie XI » e manibus Summi Pontificis PAULI VI solemniter acciperet.

Hoc in fasciculo, Cancellarii cura edito, inveniuntur photographia, biographia, bibliographia clarissimi victoris et technica studiorum eius epitome.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Le rôle de l'analyse économétrique dans la formulation de plans de développement et l'étude des fluctuations économiques.*

Editio extra seriem, pag. 1-102 (1963).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto insunt: «disciplina hebdomadam studiorum»; expositio seu explicatio argumenti de quo agitur; biographiae, additis photographiis, omnium doctorum virorum qui concessui aderunt; quaestionum ratio statuta, necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Novem doctorum virorum vitae et operum notitia quos PAVLVS PP. VI Academicos Pontificios primo sui pontificatus anno feliciter exacto delegit creavitque* - A. D. MCMLXIV.

Editio extra seriem, pag. 1-176 (1964).

SVMMARIVM. — Hic secundus est novus Annalis Liber, nunc quidem gallica lingua, illius Annalis Libri exemplo confectum qui, statim post Academiam anno 1936 restitutam, italice editus est.

SALVIUCCI P., *Attribution de la « Médaille d'or Pie XI - 1964 ».*

Editio extra seriem, pag. 1-32, in folio (1964).

SVMMARIVM. — In Academiae Sessione Plenaria anni 1964, clarissimus vir Dr. FRANÇOIS GROS, Professeur de Biochimie, Microbiologie et Physiologie végétale à la Sorbonne; Directeur scientifique au C.N.R.S. et Chef de service à l'Institut de Biologie, Paris (France), de Academicorum consensu meruit ut « Médaille d'or Pie XI » e manibus Praesidis Pontificiae Academiae Scientiarum summa caeremonia acciperet.

Hoc in fasciculo, Cancellarii cura edito, inveniuntur photographia, biographia, bibliographia clarissimi victoris et technica studiorum eius epitome.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Cerveau et expérience consciente.*

Editio extra seriem, pag. 1-124 (1964).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt:

« disciplina hebdomadum studiorum »; expositio seu explicatio argumenti de quo agitur; biographiae, additis photographiis, omnium doctorum virorum qui consessui aderunt; quaestionum ratio statuta, necnon anglica lingua Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt.

SALVIUCCI P., *Les Semaines d'Etude et leur Règlement.*

Editio extra seriem, pag. 1-16 (1965).

SVMMARIVM. — Ab initio Hebdomadum Studiorum, anno 1949, earum « Stata Ratio » pluries immutationes habuit ad semper meliorem exitum Hebdomadum consequendum. Hoc in fasciculo gallice edito a Cancellario explicatur quo consilio ac mente Hebdomades Studiorum conceptae sunt; deinde inest novissima « Stata Ratio » anno 1965 a Consilio Academico comprobata. Adest translatio anglica.

SALVIUCCI P., *Avant-propos (ad: Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Le rôle de l'analyse économétrique dans la formations de plans de développement »).*

Scripta Varia, n. 28, tom. I, pag. IX-X (1965).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est praefatio voluminis duobus tomis 1308 paginarum confecti, et Cancellarii cura editi, quo, praeter Relationes, collectae sunt, omnes atque integrae Discepciones, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur: Le rôle de l'analyse économétrique dans la formulation de plans de développement et l'étude des fluctuations économiques.*

Scripta Varia, n. 28, tomi I-II, pag. XLVIII-1260 (1965).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine, duobus tomis confecto, quod de Actis in Hebdomade Studiorum (7-13 oct. 1963) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: prolatae Relationes anglice conscriptae; quas singulas singulae sequuntur Discepciones de iis item anglica lingua habitae atque a Dr. P. GIARDA et Dr. G. VACIAGO summo studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales anglice et gallice exaratae.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Cerveaux et expérience consciente »*).

Scripta Varia, n. 30, pag. IX-XI (1965).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est praefatio Voluminis 936 paginarum Cancellarii cura editi, quo, praeter Relationes, collectae sunt omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur le thème: Cerveau et expérience consciente*.

Scripta Varia, n. 30, pag. XLVIII-888 (1965).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (28 sept. - 3 oct.) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: prolatae Relationes, anglice conscriptae, quas sequuntur Disceptationes de iis item anglica lingua habitae et a Praeside ipso Hebdomadis Sir J. C. ECCLES summa cura et studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales anglice et gallice exaratae.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Les forces moléculaires*.

Editio extra seriem, pag. 1-120 (1966).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt « disciplina hebdomadum studiorum »; expositio seu explicatio argumenti de quo agitur; biographiae, additis photographiis, omnium doctorum virorum qui consessui aderunt; quaestionum ratio statuta, necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Attribution de la « Médaille d'or Pie XI - 1966 »*.

Editio extra seriem, pag. 1-32, in folio (1966).

SVMMARIVM. — In Academiae Sessione Plenaria anni 1966, clarissimus vir Dr. ALLAN REX SANDAGE, Professeur d'Astronomie à la Harvard University et Astronome des Observatoires Mount Wilson et Palomar, de Academicorum consensu meruit ut « Médaille d'or Pie XI » e manibus Summi Pontificis PAULI VI solemniter acciperet.

Hoc in fasciculo, Cancellarii cura edito, inveniuntur photographia, biographia, bibliographia clarissimi victoris et technica studiorum eius epitome.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Les forces moléculaires »*).

Scripta Varia, n. 31, pag. XI-XIII (1967).

SVMMARIVM. — Haec introductio programmatica, fere est Voluminis, 824 paginarum praefatio, quo, praeter Relationes, collectae sunt, Cancellarii cura, omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur le thème: Les forces moléculaires.*

Scripta Varia, n. 31, pag. LXVI-758 (1967).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (18-23 apr. 1965) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: Relationes anglica lingua, praeter unam tantum gallica, prolatae, quas singulas singulae sequuntur Disceptationes de iis item anglica lingua habitae et a Cancellario ipso Academiae summo studio recognitae et collectae; decretae Conclusiones Finales anglice et gallice exaratae.

In Appendice voluminis editur photographia, brevis recordatio et bibliographia PETRI DEBYE primum renunciati Hebdomadis Praesidis, sed gravi morbo correptus, mortem, inopinato infandum, eodem anno oppetiit.

SALVIUCCI P., *Sex doctorum virorum vitae et operum notitia quos PAVLVS PP. VI Academicos Pontificios delegit creavitque A. D. MCMLXVIII.*

Editio extra seriem, pag. 1-152 (1968).

SVMMARIVM. — Uti tertius est novus Annalis Liber, nunc quidem gallica lingua, illius Annalis Libri exemplo confectum qui, statim post Academiam anno 1936 restitutam, italice editus est.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Matière organique et fertilité du sol.*

Editio extra seriem, pag. 1-148 (1968).

SVMMARIVM. — Hoc in fasciculo, variis linguis conscripto, insunt: « disciplina hebdomadum studiorum »; expositio seu explicatio argumenti de quo agetur; biographiae, additis photographiis, omnium doctorum virorum qui consensui aderunt; quaestionum ratio statuta necnon Relationum tituli et summaria quae adhuc pervenerunt, quae quisque vel sua vel qua elegerit lingua perfecit.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad: *Acta Hebdomadis Studiorum pertinentis ad « Matière organique et fertilité du sol »*).

Scripta Varia, n. 32, pag. IX-XIII (1968).

SVMMARIVM. — Hacc introductio programmatica, fere est Voluminis 1086 paginarum praefatio, quo, praeter Relationes, collectae sunt, Cancellarii cura, omnes atque integrae Disceptationes, quae huius conventus Finalibus Conclusionibus maximam auctoritatem conferunt.

SALVIUCCI P., *Semaine d'Etude sur le thème: Matière organique et fertilité du sol*.

Scripta Varia, n. 32, pag. LXVIII-1018 (1968).

SVMMARIVM. — Hoc in volumine quod de Actis in Hebdomade Studiorum (22-27 apr. 1968) quae ut supra dictum est inscribitur, Cancellarii cura typis edito, continentur: singulae Relationes anglica vel gallica lingua prolatae, quas sequuntur Disceptationes de iis, sua cuiusque vel a se praelata lingua habitae et a Cancellario ipso Academiae summo studio recognitae et collectatae; decretae Conclusiones Finales anglice et gallice exaratae.

Postremo in Appendice voluminis editur photographia, breves recordationes, biographia et bibliographia in memoriam desideratissimi Academici JOSÉ MARIA ALBAREDA HERRERA († 27-3-66) qui huius Hebdomadis primum ideam habuit et, Academiae Preside approbante, id quod animo proposuerat fere consecutus erat.

SALVIUCCI P., *En mémoire du Rév. Père Agostino Gemelli à l'occasion du dixième anniversaire de sa mort*.

Editio extra seriem, pag. 1-112 (1969).

SVMMARIVM. — Liber hic, quem, decimo exeunte anno post obitum desideratissimi Patris AUGUSTINI GEMELLI Academiae Praesidis, eiusdem Academiae Cancellarius ad usum ephemeridum gallico sermone edidit, variis constat scriptis quorum Auctores sunt: A. MICHOTTE VAN DEN BERCK, F. SEVERI, F. OLGATI. Sequitur biographia et bibliographia.

SALVIUCCI P., « *Mnemosynon* ».

Editio extra seriem, pag. 1-40, in folio (1969).

SVMMARIVM. — Die 15 iulii 1969 decem abhinc annos ab obitu Patris AUGUSTINI GEMELLI, primi Pontificiae Academiae Scientiarum

Praesidis, hoc editur « Mnemosynon » ab Academiae Cancellario summo amore redactum, in quo italico continentur sermone: G.B. MONTINI, *L'estremo saluto*; A. GEMELLI, *Secretum meum mihi* (quod est vetus quoddam scriptum in quo colligi potest qui fuerit Auctoris mentis ac spiritus progressus et cursus in philosophica speculatione); A. GEMELLI, *Il testamento del Padre*.

SALVIUCCI P., *Avant-propos* (ad volumen decimo exacto anno ab obitu primi Accademiae Praesidis editum).

Scripta Varia, n. 34, pag. 1 (1970).

SUMMARIVM. — Brevibus ex animo gallica lingua effusis verbis desideratissimus commemoratur Pater AUGUSTINUS GEMELLI et qua mente ostenditur volumen hoc ab Academia editum sit.

SALVIUCCI P., *L'Académie Pontificale des Sciences en mémoire de son premier Président Agostino Gemelli à l'occasion du dixième anniversaire de sa mort*.

Scripta Varia, n. 34, pag. 1-268 (1970).

SUMMARIVM. — Hoc in volumine, Academiae Cancellarii cura summoque amore et grato animo confecto, varia continentur scripta quorum Auctores sunt: P. SALVIUCCI, G.B. MONTINI, A. GEMELLI, F. SEVERI, A. MICHOTTE VAN DEN BERCK, G.B. MARINI BETTOLO. Adsunt postremo desideratissimi Patris GEMELLI brevis notitia biographica et bibliographia.

SALVIUCCI P., *Duodecim doctorum virorum vitae et operum notitia quos PAVLVS PP. VI Academicos Pontificios delegit creavitque A. D. MCMLXX*.

Editio extra seriem, pag. 1-192 (1970).

SUMMARIVM. — Hic quartus est novus Annalis Liber, nunc quidem gallica lingua ad illius Annalis Libri exemplo confectum qui, statim post Academiam anno 1936 restitutam, italice editus est.

SALVIUCCI P., *Programme de la Semaine d'Etude sur: Les noyaux des galaxies. Leur signification dans l'évolution des galaxies, en radio-astronomie et en cosmologie d'observation*.

Editio extra seriem, pag. 1-120 (1970).

SUMMARIVM. — Hoc in fasciculo variis linguis conscripto, insunt:

